Repando dis.di.sum.a.t.id ẽ.recuruare vl' claudere vel recludere.
Reparo as.aui.a.p.iterum vel retro parare Et d̃r a re.⁊ paro ras.
Repatrio as.aui.n.p.i.ad patriã remeare.
Repedo das.daui.n.p.i.retro pedem dare. remeare. Et d̃r a re.⁊ pes. Unde equus dicitur repedare cum retro pedem iacit ⁊ p̃cutit. Unde. Retro pedem iaciens repedat. repedatq̃ reuertens. Inuenit̃ etiã repedo. dis.et tunc producit pe.sicut pedo.pedis. Unde. A pedo dic repedo. sed dat tibi pedo repedo. Inde repedito tas.pe.corr̃.verbum frequentatiuũ
Repello lis.repuli repulsum.a.t.i. retro pellere ꝓpulsare. Et d̃r a re.⁊ pello lis. Et pello habet vbiq̃ vnũ p. vnde p̃mam cor. vt Repuli repulsum.tamen autores geminant p. in tertia p̃sona p̃teriti. vt faciat p̃mã longã Unde Lucan⁹. Repulit a libitis immensum sirtib⁹ equor. Sed Ouidi⁹ in p̃ma persona recte corripit dicens. Queq̃ feros repuli doctis medicantib⁹ ignes.
Repenso.sas.a.p.id est.vicem reddere. retribuere.
Rependo dis.di.a.t.id est.reddere.remunerare. Et d̃r a re.et pendo.dis.

Reperio.ris.ri.repertum.a.q.id est. inueni re. Et scias q̄ reperim⁹ vltro occurrentia. Inuenim⁹ quesita. Uel reperire est scire de re ꝑdita vbi sit. Inuenire autē est rem ꝑdi/tam rehabere. ſm Hug. In Grecismo autē dicitur. Quesita inuenio repis quod sors parat vltro. Et reperio duplicat p. in p̄teri/to. sed in presenti et que veniunt a presenti non geminat. Et sic p̄mam cor. in presenti. sed in preterito producit. Supinum vero per vnum p. scribitur. et corr̄. primam. vt re pertum.

Repeto.tis.a.t.i.recolere. vel retro. vl' iterū petere vel iterare. reposcere.

Repignero.ras.a.p.i.pign⁹ recipe. vel iterū pignerare. vel depignerare.

Repilo.as.a.p.i.iteꝝ pilare. ⁊ d̄r a re. ⁊ pilo Et ꝑdu.pi.

Repingo.gis.repegi.ctum.a.t.id.ē iterum vel retro impellere. Et dicit̄ a re. et pango. gis. quod est coniungere vel impellere. Uel dicit̄ a re. ⁊ pingo.gis. Et est repingere iteꝝ pingere.

Repleo.ples.pleui.a.s.i.complere.

Replico.cas.care.a.p.i.reuoluere. repetere aliquid multotiens

Repo.pis.psi.ptum.n.t.id est. latenter ītra re vel ventre iuxta terram ire. vt faciunt ser pentes ⁊ pisces. ⁊ q̄cūq; in brachijs nō ele/uant̄. ſz corpe rapiūt terram. ⁊ ꝑd̄. re. Unde Ouidi⁹ in epi. Sed mouet obrepens som/nus anile caput

Repono.nis.a.t.i.collocare. competent̄ sta tuere. in remoto ponere.

Rep̄hendo.dis.dere.a.t.i.arguere increpa re. detrahe.

Rep̄sento.tas.tare.a.p.i.assimilare. effigiez figurare.

Rep̄mo.mis.a.t.i.refrenare. compescere

Reprobo.bas.id est. iterum probare vel vi tuperare.

Repto.tas.taui.i.freq̄nter repere. Jñ rep/tito.tas.aliud freq̄ntatiuum.

Repudio.as.aui.a.p.id ē. repellere refutare spernere vel dedignari respuere.

Repugno.nas.are.n.p.i.resistere reluctari. vel iteꝝ pugnare.

Repullulo.las.laui.n.p.i.iterū post casum pullulare ⁊ recrescere.

Repungo.gis.a.t.id est iterum vel retro pū gere. s. viceuersa pungentē pungere.

Requieo.es.eui.ctum.n.q.i.iteꝝ quiescere. requiem habere. ⁊ d̄r a re. ⁊ quieo.es. Jñ re/quiesco.scis.inchoatiuum

Requiro.ris.siui.situ.a.t.i.iteꝝ querere. vel inuestigare vel inquirere.

Resartio.tis.tire.a.q.id est. dissuere vel ite/rum sartire reficere vel restaurare. vel resti/tuere.

Resero.as.are.a.p.id est. aperire pandere vl' iterum serare. recludere. quasi retro seraz fa/cere ⁊ remouere.

Resecro.cras.craui.a.p.i.sacrare vel execra re vel exoluere vel liberare. dimitt̄e.

Resideo.des.n.s.i.pigrere. q̄i retro sede re/manere. retro morari. Jnde residesco.scis. in cho. ⁊ d̄r a re. ⁊ sedeo.des.

Resigno.nas.naui.a.p.i.iteruz signare. vel signū auferre ⁊ aperire. vel retro signare red dere. restituere.

Resilio.lis.liui. vel lij.n.q.i. iteruz vel retro salire. Unde ⁊ d̄r ille resilire a pacto qui di/mittit pactū ⁊ cessat retro. Jnd̄ resulto.tas frequentatiuum

Resipio.is.n.t.id est. iterum sapere. redire ad sapere. proprie ille resipit qui penitēs fo/refacti redit ad satisfactionem ⁊ ad sape q̄d dimiserat forefacieudo Jñ resipisco.scis.in choatiuū.

Resisto.stis.id est. reluctari. refragari. re/pugnare.

Resoluo.uis.a.t.id est. iterum soluere. vl' re tro ligamen deducendo soluere ⁊ separe.

Resono.as.n.p.i.iterū vel retro sonare. vel ad sonū alteri⁹ sonare.

Respicio.cis.xi.ctum.a.t.i. retro aspicere. Jnde respecto.tas. ꝟbum frequentatiuum id est. frequent̄ respicio

Respiro.ras.n.p.i.retro vel iteꝝ spirare vel quiescere. pausare a labore

Respondeo.des.di.n.s.i.retro petenti vo/cem mitt̄e vel reddere vel ꝯsonare vl' resiste/re. contradicere. Jnde responso.sas.id est. frequēter respondere. resistere contradicere. Jnde hoc responsum.si. Et hoc responsori um.rij. Sed responsum quod dat̄. Respon sorium ꝟbum vel ꝟsus q̄ sepe iterat̄ Et di/cit̄ sic quia vno desinente id alter responde/at. Jnde responsiuus.a.um. ⁊ responsori/us.a.um.

Respuo.is.spui.sputum.n.t.id est. iteꝝ vel retro spuere. vel recusare. renuere vel vili/pēdere.

Restauro ras.aui.a.p.est ꝓprie tertio repare renouare. redintegrare

Restinguo.guis.xi.ctum.a.t.i. extinguere.

R I

iterꝝ mortificare delere
Restituo.is.a.t.i.retro vel iterũ statuere.ꝛ dr a re ꝛ statuo. Item restituere ĩportat redditionẽ illiꝰ rei q̃ iniuste ablata est
Resto.stas.stare.n.p.id ẽ.resistere ꝛ obstare. Itẽ restare.i.supesse ꝛ supfluere. Itẽ restare est a motu stare et cessare. Inde restito.tas. id est.freq̃ntare sepe in diuersis locꝫ restare.
Restringo.gis.a.t.id est. iterum vel retro stringere vel ampliare. vel a strictura remouere.
Resulto.tas.taui.a.p.id est.cõtradicere. resilire reluctari reclamare. vnde splendor solis vel speculum resultat cum in opposito reperiuntur.
Resumo.is.ere.a.t.i.iterꝝ sumere.
Resurgo.gis.n.t.id est.iterum vl' retro surgere.
Resuscito.tas.tare.a.p.i.iterꝝ suscitare.
Retardo das.a.p.i.morari cohibere
Retego.gis.a.t.id est.iterꝝ tegere vel discooperire.
Retendo dis.a.t.id est.iterꝝ tẽdere vel a tẽsura remouere
Retento tas.taui.v̄bũ freq̃ntatiuũ.i. iterũ tentare vel freq̃nt' retinere.
Retexo.xis.a.t.i.iterꝝ texere vel texturã destruere remouere.omissa d̄ nouo referre.aperire declarare.
Reticeo ces.n.s.i.tacere supersedere. dissimulare.
Retineo nes.retinui retentũ.a.s.id est. tenere conseruare. Et componit' a re. ꝛ teneo nes.ꝛ cor.ti. Unde Facetus. Querit' euentu socius tamẽ arte tenetur. Res breuis est queri sed retinere labor.
Retio tis.tiui.a.q.id est.reti capere.et dicit' a rete. Et componit' irretio tis.i. illaqueare impedire.ꝛ produ.re.
Retracto tas.a p.i.iterꝝ tractare tractata.repetere omissa. q̃d ꝛ retrecto inuenit'.
Retribuo buis.buere.a.t.i.iterꝝ tribuere
Retrogrador aris.d.p.i.retro ire.gradi retro.ꝛ dr a retro.ꝛ grado as.ꝛ cor.gra. Inde retrogradus.a.um.i.retroiens vel retro gradiẽs. vt Cancer dr retrogradus. Et planeta quandoqꝫ est retrogradus.ꝛ q̃nqꝫ ꝓcessiuus.q̃nqꝫ stationariꝰ. Et mulus vitiosus similiter quandoqꝫ est retrogradus.quandoqꝫ ꝓcessiuus.q̃nqꝫ stationarius.
Retrudo dis.dere.a.t.id ẽ.intro trudere vl' claudere. Uel retrudere.i. retro trudere vel extra trudere.

Retundo.dis.retudi retusum.a.t.id est.retro tundere.vel tundendo retro opprimere. ꝛ acumen ferri destruere
Reueho is.a.t.i.reportare reducere
Reuelo.las.a.p.id ẽ.detegere aperire vl' manifestare.
Reuereor reris.ueritus sum.d.s.id est. valde vereri verecundari timere.ꝛ ꝓprie cum exhibitione reuerentie
Reuerso.sas.a.p.id est.retro versare.et dicitur a re ꝛ verso.sas.
Reuertor teris.reuersus sum.d.t.id est. retro vertere vel redire.quod antiqui dicebãt reuerto.tis.ꝛ dicit' a re ꝛ verto.tis.
Reuiuo.uis.reuixi.n.t.i.iterꝝ viuere. Inde reuiuisco.scis.inchoatiuũ.i.resurgere.
Reumatizo.zas.zaui.n.p.i. reuma pati vel emittere.ꝛ dicit' a reuma.
Reuoco.as.a.p.i.iterꝝ vocare. Itẽ reuocare domũ.est allegare ꝛ dicere se non posse compelli eo loco quo conuenit' ad litem suscipiẽdam.sꝫ remitti ad locum in quo domiciliũ habet. Inde dicũt legatos qui romam mittunt' non debere conueniri ipsis inuitis. sꝫ habẽt ius reuocandi domũ.c.fi.d̄ fo.cõpe.
Reuoluo.uis.reuolui.reuolutum.a.t. id ẽ. iterꝝ voluere.

R ante I

Rideo.des.si.sum.n.s.i.gaudẽ letari Et dicit' a radio.as. Qui em̄ ridet dẽtibꝰ videtur quasi radiare. Jñ h̄ risus.sus.sui. Et hic ꝛ h̄ risibilis.ꝛ hoc le.i.aptum natum ridere. Inde risibilit' aduer. Et h̄ risibilitas.tatis Et produ.ri. Unde Oratiꝰ epi. Nocturnos lemures portenta thesala ride.
Rigeo.ges.rigui.n.s.id ẽ.eẽ vl' fieri rigidũ. scꝫ durere algere torpere horrere. sicut cum capilli erigunt'. Jñ rigesco.scis.inchoatiũ. ꝛ caret supi.ꝛ corr̄.ri. Uñ Ouidiꝰ epi. Ultima p̄rupta cornua molle riget
Rigido.as.aui.a.p.i.rigidũ facere.
Rigo.as.aui.a.p.i.madefacere humectare Et componit' arrigo.gas.id ẽ.iuxta vl' valde rigare. Corrigo.gas.i.simul rigare. Irrigo.gas.i.intus vel valde rigare. Jñ irrigans.tis.omis ge. Et irriguꝰ.a.um.ꝛ corr̄.ri. Unde Theodolus. Addictus morti faciẽ rigat imbre salubri.
Rimor.aris.atus.sum.d.p.i.scrutari.inuestigare.inquirere.ꝛ est tractum a porcis.qui ꝑ rimam terre siliquas ꝛ radices inquirunt Et componitur. Perrimor.aris.i. perfecte

vel subtiliter rimari. ꝛ pdu. ri. Uñ Prosper
Horbida rimeꝫ penetralia dextra salutis.
Et in Grecismo. Scrutor vt experiar vt sa
nem vulnera rimor.
Ringo gis. rinxi rictū. n. t. i. irasci indigna
ri murmurare vel rictum facere. Et ór a ri
deo des. Et componiꝫ arringo gis. corrin
go. gis. obringo gis. Inueniꝫ etiam ī depo.
vt ringor.
Rixor aris. atus sum. d. p. i. rixaz facere. cō
tendere. Jñ rixabundꝰ. a. ū. i. rixanti sil'is vl'
q̄ facile mouet ad rixam.

K ante O

Roboro. as. are. a. p. i. ꝓfortare. confirmare
maiores vires dare. Et componiꝫ Corro
boro. as. are. ꝛ cor. bo.
Rodo rosi rosum. a. t. i. ledere detrahe den
tib⁹ atterere. Et compōiꝫ Arrodo. is. i. val
de vel iuxta rodere. Corrodo. is. id est. simul
rodere. circumrodo dis. derodo dis. erodo
is. i. extra vl' valde rodere. ꝛ pducūt ro.
Rogo as. aui. a. p. i. pete orare implorare.
Jñ h̄ rogator. toris. ꝛ h̄ rogitatio onis. Et
rogito. as. freqn. Et rogo hz pl'a cōposita. ꝛ
fm diuersas ꝓpositiões mutat significatio
nem. Et est actiuū cum omnib⁹ suis cōposi
tis. Et cor. hāc syllabā ro. Et ꝓpōiꝫ cū e. p
sub. rē. Uñ. Si rogat addideris cō. cōgre
gat e. dat in. infert. De minuit. sub substitu
it. pro. ptrahit inter. Querit p superat ab de
struit atq̄ superbit.
Romanizo. zas. are. n. p. i. romano more se
habere vl' loqui. Et romanizo. zas. i. torme
tare. cruciare affligere trucidare. ꝛ cor. ro.
Roro. ras. raui. n. p. i. rorem emittere vel hūo
re stillare. vel aspergere ad modū roris. Jñ
p compositionē Irroro. ras. i. aspergere. in
fundere. Item roro. p aspergere actiuuz est.
ꝛ prodū. ro.
Roto. tas. taui. a. p. i. girare circūire circū
ducere. seu rotam voluere. Jnde ꝓbalia. Et
cor. ro. Uñ Virgiliꝰ enei. j. Perturbant in
star non segnius ac rotat ensem. Item a ro
ta ór rotundus. a. um. Et rotundo. das. id
est. rotundū facere

K ante V

Rubeo. es. bui. n. s. i. esse vel fieri rubeū. Jñ
ruber. bra. brū. i. rubeꝰ. Et a rubeo ór rube
sco. scis. inchoatiuum. Rubeo cōponiꝫ eru
beo. es. i. valde rubere. vel verecūdari Jnde
erubesco scis ichoatiuū. Et nota q̄ rubere
ideo poniꝫ pverecūdari. qz rubor signū ve
recūdie est. Uñ Boetiꝰ de ꝓsolatione dicit.
Et ꝓfessus verecūdiā rubore. Et rubeo su
pi. caret. ꝛ cor. ru. Uñ in Aurora ór. Bos ē
rufa crucē passa cruore rubens.
Rubigino. nas. a. p. i. erugine vel rubigine
corrūpe deuastare. Et ór a rubigo nis. Et
ꝓpōiꝫ derubigino. nas.
Rubrico. cas. a. p. i. dirigere cū rubrica ꝛ re
ctū facere. vel cū rubrica designare. vl' rubꝝ
facere. Jñ rubricatꝰ. a. ū. i. rubrefactꝰ. vel ru
brica tinctꝰ.
Ructo. tas. n. p. i. ructum facere vel emittere ꝛ
exꝑmere. Jñ ructuo. as. in eodem sensu. Et
vtrūq̄z componiꝫ. Corructo. tas. ꝛ corru
ctuo. as. eructo. as. ꝛ eructuo. as. ꝛ sunt neu
tra p ructuz facere. in alia significatōne sūt
actiua. Inueniꝫ etiam in deponenti genere
Ructor aris. Uñ Oratiꝰ. Nec dum sublī
mis versus ructaꝫ ꝛ errat.
Rudeo des. n. s. i. esse vel fieri rudem. et di
citur a rudis.
Rudesco. cis. i. incipio rudere. ꝓbuz incho.
de rudeo. des. Inueniꝫ etiam pro matures
cere.
Rudio. dis. diui. dituz. cōe ad clamare om
nium aialium. ꝛ ór a rudo. dis. vel a rudis.
dis. Jñ h̄ ruditus tus. tui. talis clamor. scz
asini vel alteriꝰ animalis. Et componitur
erudio. dis. i. instruere. quasi extra rudē vel
ruditatem ponere. Quidā vero componūt
hoc ab e. ꝛ rudi. Jnō hoc erudimentum. ti.
id est. documentū. ꝛ eruditus. ta. tum.
Rudo is. rudi. rusum deberet facere. sz ca
ret sup. fm vsum. Et est rudere ꝑprie clama
re ad modū asinoꝝ. ꝛ hz ꝑmam breuē. Unō
Ouidius. Ecce rudens rauco silem vector
asellus. Intempestiuos edidit ore sonos.
Si em̄ ꝑma essz longa. faceret ꝑteritū in ru
si. vt rudo rusi. q̄d nihil ē. sz facit rudi. Per
sius tñ causa metrice necessitatis pducit ꝑ
mā dicēs. Clamat vt achaide pecuaria ru
dere credas. Uñ rudo. is. ꝛ rudis nomen. ꝛ
rudens siue nomē siue ꝑticipiū. cor. ꝑmam.
Unde q̄dam. Utilis est rudib⁹ pñtis cura
libelli. A rudo dis. ór h ꝛ h̄ rudibilis. ꝛ h̄ le.
ꝑprie asinoꝝ. Jñ rudibiliter aduer. ꝛ h̄ rudi
bilitas. tatis.
Rugio. gis. giui. vel gij. gitum. n. q. ꝑprie est
leonū. Jñ h ꝛ h̄ rugibilis. ꝛ h̄ le. ꝛ componi
tur cū in. vt Irrugio. gis. gire. i. ad modum
leonis clamare. Unde Ben. xxvij. Irrugīt
clamore magno. ꝛ pdu. ru.

Ba

Rugo.gas.gaui.a.p.i. rugas vel rugosum facere.aliq̃d in vnū colligere ꝛ plicare.ꝛ pō. ru. Unō Uirgil⁹ enei.xij. Lōponēt cū iam leges ꝛ federa rugent

Rumifico.as.a.p.pe.coꝛ.i.rumoꝛes facere. afferre vel dicere rumoꝛē.a rumoꝛe ꝛ facio

Rumigero.is.a.t.pe.coꝛ.i.rumoꝛes gerere. Et ꝺꝛ a rumoꝛ.ꝛ gero.ris. Jñ rumigerul⁹. la.lū.q̃ rumoꝛes gerit.

Rumino nas.naui.a.p.i.cibum ad rumen reuocare.ꝛ ꝺꝛ a rumen. Sed a ruma ꝺꝛ rumo.as. Jnde rumito.tas.freq̃n. Et ponit q̃q̃ ruminare vel rumare p̄ꝺo diligēter examinare.

Rumo as.a.p.i.rumoꝛes facere vel afferre. ꝛ ꝺꝛ a rumoꝛ.moꝛis. Et compōit Arrumo mas.i.rumoꝛes afferre. Coꝛrumo.mas.id est.simul rumoꝛes dicere.ꝛ ab his frequentatiua. Rumito.tas. Arrumito.tas. Coꝛrumito.tas.

Rumpo.pis.rupi ruptū.a.t.i.frāgere vel̃ soluere. Jñ h ruptura.re.ꝛ ruptim aduer. Jtez a rumpo ꝺꝛ rupto.tas.fre. A q̃ ruptito.tas. aliud freq̃ntatiuū

Runco cas.a.p.i.herbas a terra euellere. et ꝺꝛ a rus. Nam terra rus ꝺꝛ.

Ruo.is.rui.rutum vel ruitum.n.t.id est. cadere. Jnde ruiturus.a.um. Unde Hieronymus in epla ad Paulinum.vij. Ruiturā domū.ꝛc̄

Ruspoꝛ.aris.atus sum.ꝺ.p.id est.inquirere. Et est gallinarū que pedibus escam querunt in terra. Et videtur componi a rus.et pes.

Rutilo.as.n.p.id est.splendere fulgere. Et ꝺꝛ a rutilus

Sa ante A

Sabbatizo.zas.n.p.i.requiescere vel̃ sabbatū obseruare Jñ h sabbatismus.mi.i.requies.

Sacco.as.a.p.i.in saccū mittere ꝛ p saccū colare ꝛ exp̄mere. Et componit insacco.cas.i. in saccū mittere vl̃ ꝑsūmare.exacco.as. desacco.as.i.extra saccū ponere

Sacrifico cas.a.p.pe.coꝛ.i.sacrificiū facere vel offerre.ꝛ ꝺꝛ a sacer ꝛ facio. Jñ sacrificus.ca.cū.i.sacrificiū faciēs vel offerēs. Et hinc h sacrificiū.q̃i sacꝝ factū.ꝛ h sacrificiacie.loc⁹ in q̃ sacrificat.

Sacro cras.caui.a.p.i.sacrificare.dedicare vel ꝑsecrare.ꝛ coꝛr̄.sa.

Sagino.as.aui.a.p.i.impinguare crassum facere nutrire. Jñ h sagimen.inis.i.pigue/ꝺo.ꝛ h sagimentū.ti.ꝛ h saginamentum.ti. pinguedo ꝛ pdu.gi.

Sagio.gis.giui.gitū.n.q.i.ingenioſe agere vel diuinare. Et ꝑpōit p̄sagio gis.i.diuinare vel p̄diuinare. De q̃ in suo loco habes. ꝛ pdu.sa.

Sagitto.tas.a.p.i.sagittas mittere vl̃ sagittis p̄cutere vel appetere.

Salio salis salui vel saliui vel salū.saltuz.i. facere saltū.ꝛ tunc est neutꝝ ꝛ absolutū. Et salire q̃ꝺ vulgare est amoꝛare. p̄tinet ad aīalia irrationabilia.ꝛ tūc est actiuū. Unō Ouiꝺius. Leta salit ouis tauro q̃z leta iumenta Jñ saltoꝛ tri.ꝛ h saltricula.le.ꝺimi. Et a salio.lis.salto.tas.fre.

Sallo lis.salli salsum.a.t.ꝛ salio lis.liui.litum.a.q.in eodem sensu.i.imponere salem. aspergere sale.cōdire. Q, aūt ꝺꝛ sallo vl̃ sallio.i.sale aspergo.etymo.est. Hic nota q̃ inuenit salio lis.liui vel lui vel lij.ꝛ facit supinum saltū.ꝛ coꝛ.p̄mam. Unā p vnū.l.scribit Jtem inuenit sallio lis.liui vel lij.p synco/pam.ꝛ facit supinū sallitū.ꝛ scribit p duo l. Jtem inuenit sallo lis.lere.tertie ꝑiugationis.ꝛ facit supinū salsum.in eodez sensu cū salio. Et est sallo sale ꝑdire.et scribit p duo l.cū faciat supinū i sum. sicut vello vulsum Nam si scriberet p vnū l.faceret supinuz in tum.vt colo cultum. Jnuenit etiam psallo. psallis.psalli.psallere tertie coniugatiōis.ꝛ scribit p ps.ꝛ caret supino. Unā ꝓpha.Psallite dño in cithara. De p̄dict⁹ cōsueuit dici. Sallio sallo cibū.salio pede.cantica psallo Sallio sallituz.dat salsum sallo supinum. Dat saltū salio.ꝑuat psallo supino. Sallo facit salli.salliui sallio.psallo Dat psalli.salio salui.salūq̃ saliui. Sallo facit salsū.salsitū.sallio saltuz. Dat salio.psallo tñ manet absq̃ supino. Et nota q̃ salis gtīs de salutrāq̃ syllabam coꝛripit. Sallis ꝺo scꝺa p̄sona h⁹ ꝺbi sallo p ꝺdire cibuz sale utrāq̃ syllabā pdu. Salis aūt scꝺa p̄sona h⁹ verbi salio p saltū facere coꝛ.p̄mam.ꝛ pdu. vltiaz Sed psallis per.p.secunda persona huius verbi psallo psallis ꝓducit p̄mam.ꝛ coꝛr̄. vltīnam.

Saluo.as.a.p.i.esse vel fieri saluū.ꝛ ꝺꝛ a salus.q̃ salus saluat. vel q̃ tali ꝺbo utimur i salutatōe. Jñ salu⁹ua.uū. Jñ h saluitas.tatis. Et salue saluete. saluto.saluetote. verbū defectiuū. Et saluatoriū. Et saluio saluis saluire.in eodē sensu.i.esse vel fieri saluū

Unde Orati⁹. Urbis amatorē fuscū salui re iubem⁹. Legit ibi tñ ⁊ saluere.

Saluto.as.a.p.i.salutē nūciare vel optare Et ōr a salus

Sancio sancis sanxi vel sanxiui sanctū vel sancitū.i.statuere ꝓsecrare sanctū facere cōfirmare ⁊ irrogare.pene ab omni iniuria defendere.⁊ ōr a sanguis. Sic ⁊ leges sancte ⁊ mores sancti dicunt. et homines confirmati in fide scti dicūt. Et ōr sancire a sanguine hostie.⁊ h̄ de veteri ꝓsuetudīe. Nihil ꝙ sanctū apud veteres dicebāt nisi q̄d sanguine hostie esset ꝓsecratū vel respersū. Unde q̄ purificari volebāt sanguine hostie vngebant. inde sancti postea dicebant q̄i sanguine vncti. Sed modo sctūs ōr q̄ in fide x̄pi est ꝓfirmat⁹. Et sctm̄ q̄d violare ⁊ corrūpere nephas est. Jñ sancit⁹. ta. tū. Unde ad Heb. vij. Nō in melioribꝫ repromissiōibꝫ sancitū est ꝑm Aug. Nota tñ q̄ ꝑm modernos sancio.sancis .facit ꝓteritū sanxi. Uetustissimi tñ etiā sanciui vel sancij ꝓferebāt Et supinū facit sanctū.xi. mutata in ctum. vt sanxi sanctu. Jnuenit etiā apud vetutissimos. sanciui . sancitū. Unde Lucreti⁹. Nō porro neq̄ sancitū q̄dem extat.

Sanctifico.cas.a.p.i.ꝓsecrare ꝓfirmare vl̄ mundare vl̄ sequestrare.⁊ dicitur a sanctus et facio.

Sanguinino.nuis.nui.a.t.i.sanguinem minuere.⁊ ōr a sanguis ⁊ minuo

Sanguino.nas.a.p.i. sanguinē emittē vel minuere vel sanguine inq̄nare.

Samno. nas.a.p.i.deridere.⁊ ōr a samna. ne.q̄d idē est q̄d derisio.sꝫ nō est in vsu i simplici.sed in cōposito.s.subsamno.nas .vide infra subsamno

Sano nas.nare.a.p.i.mederi.Et ꝙpōit cūre.vt resano nas.i.iterū sanare.⁊ pō. sa. Unde Ouidi⁹ de reme. Qui poterit sanus fingere sanus erit Discite sanari p quem didicistis amare.

Sapio.pis.sapui vel sapiui vel sapij.itum. n.t.⁊ hz ꝓteritum atq̄ supinū ad modū q̄rte ꝓiugatōnis. Et sigt duo. Sape.i.hīe sapore. vt Jste cibꝫ bñ sapit.⁊ est absolutū ꝑm h̄. Jnuenit tñ ꝓstructū cū actō. vel q̄ tūc p actū designat causa. ⁊ ponitur ꝑ ablto . vt Jste cibus sapit sapore.i.sapore. Uel q̄a in eo intelligit ꝙbum q̄d exigit actm̄. vt Jste cibus sapit carnes asininas.i.saporē repre sentat vel imitat vel simulat illas. Item sapere.i.hīe sapientiā. Et h̄ sigtio tracta est ex ꝓma. Sicut p saporem cibos discernimus ⁊ sic p sapientiā res. Et sic̄ gust⁹ apt⁹ ē ad discretōnem saporis ciboꝝ.sic ⁊ sapientia ad discernēdas causas rerꝝ. Jñ sapid⁹. da. dū. id est saporem habens.sapori datus. Et cōparatur. Inde sapiditas.tatis. Sapio cōponitur.Desipio.pis.id est.delirare . seorsū a sapore esse.vel facere nequitare. Inde desipisco.cis.inchoatiuū. Resipio.pis.i.redire ad sape. Et ꝓprie ille resipit q̄ penitens so refacti redit ad satisfactionē ⁊ ad sapere q̄d dimiserat forefaciendo. Jñ resipisco.cis.inchoatiuum.⁊ corr̄. sa. Unde ꝓsper. Non prodest quicq̄ recte sapuisse malignis.

Saporo.ras.raui.a.p.i.saporatū facere

Saracenizo.zas.n.p.i.more saracenorū se hīe.⁊ ōr a saracen⁹

Sarcino.nas.a.p.i.onerare.⁊ cor.ci.

Sartio.tis.sarsi.sartuz.a.q. Et ꝑm antiq̄s inuenit sartiui sartitū.id est.suere. Jnō sartores dicunt sutores. vel vestium reparatores. Q; autem dicit sartio.quasi setis porcorum filo insertis suo.etymol̄.est. Sartio componit Consartio.tis.Dissartio.tꝫ. Resartio.tis.i.dissuere. vel iterū sartire vel reficere.

Sario.ris.riui.ritū .a.q.id est.purgare. circūfodere.herbas nociuas euellere. Jnde h̄ sarculum.li.vel h̄ sarcul⁹.li. instrumentum sariendi. Unde Esaie. vij. Et omnes montes qui in sarculo sarient. Et hinc sarculo. las.lauī.i.sarculis aptare.purgare.sic̄ milium.⁊ hmōi.

Sardo.das.daui.a.p.i.intelligere.et dicit a sardis ciuitate vel insula.q̄a homīes illi⁹ loci subtiles sunt ad intelligendū.

Sarmēto.tas.raui.n.p.i. sarmēta vitiū colligere amputata vel amputare ea vl̄ sarmēta facere.

Sarpo.pis.psi.ptum.a .t.i. aliquid sarpis euellere. vel herbas sarire. vel extirpare. vel eligere.

Satago . gis.sategi. n.t.supinis caret . ꝑm vsum.i.satis agere procurare festinare.omnia pagere.⁊ ōr a sat vel satis ⁊ ago.et corr̄. ta. Unde. Amplexus satagit . ingeminare pater.

Satio.as.aui.atū.a.p.i.saturare.vel cibo. vel spectaculo implere.⁊ ōr a satis.q̄ q̄d satis est satiat. Jñ h̄ ⁊ h̄ satiabilis.⁊ h̄ le.⁊ satiabiliter aduer.⁊ h̄ satiabilitas.tatꝫ. Et p cōpositionē insatiabil̄.le. Insatiabilit.et h̄ insatiabilitas.tatꝫ. Et satio cōponit. Resa

tio.as.t cor.sa. Uñ. Uno me satio.saturãt me fercula multa.
Satisdare.est securitatez p fideiussores dare.ff.q̃ satisda.co.l.j. Uel ſm Azo.est alicui⁹ voluntatẽ implere.
Satisfacio.cs.cere.i.satagere vel soluere.
Saturo ras.aui.ratum.a.p.dr a satis. Uñ saturat q̃s cibo. Satiat spectaculo. Itẽ satiatur q̃s vno cibo.saturat diuersis. Inó b t h saturabilis.t b le. Et hec saturabilitas. tatis. Et componit Insaturabilis. insaturabilitas.tatis.insaturabiliter. Item a saturo dr satur⁹ra.rum.i.saturat⁹. Jñ hec saturitas.tatis. Saturo componitur Consaturo.ras. Resaturo.ras.t corri.tu. Unde Ouidius in.xj.epistola Ipse geram saturas mirifice vestes. Et Lucan⁹. Saturuz cũ obsidet hostẽ. Jtez q̃dam. Uno me satio saturãt me fercula multa
Saucio.as.aui.a.p.i. vulnerare percutere. Inde sauciat⁹ta.tum. Et p syncopam saucius.cia.cium.i.sauciat⁹. Sed sauci⁹ semel sauciat⁹ sepius. Unde ſm q̃sdam. Sauci⁹ vulnerat⁹ vel etate consumpt⁹. q̃i sanguine haustus

S ante L

Scabo .bis. scabi.bitum.a.t.i.gratare. Jñ scaber.bra.brum.t scabiosus.sa.sum. t scabidus.a.um.id est.asper.vitiosus . Jñ scabidulus.la.lum.id est.aliq̃ntulum scabid⁹. t cor.sca.in psenti.sed in preterito eam pdu. Unde . Presens pone scabit non pteritum bene scabit. Et scabitum sup.cor.bi.sic̃ bibitum.
Scalpo pis.psi ptũ.a.t.i.gratare.t est proprie scalpere cũ vno digito vel duob⁹ caput gratare.t est ꝓprie simiaz vel luxuriosoz Et inde scalpto tas.fre.t scalpturio.ris.meditatiuum.
Scandalizo as.a.p.i.offendẽ vel ledere vel occasionẽ ruine dare.
Scando dis.scandi scansum.n.t.i.ascendẽ Et etiã ad versus ptinet ꝓpr scansiones pedum. Unde. Ascendens scandit.distiguẽs carmina scandit Item scando componitur cum ad.t dr ascendo dis.ascendi ascensum id est.ad aliq̃d scãdere . Jñ h ascensus.sus. Item ꝺscendo dis. Jtez descendo dis.id ẽ. deorsum scandere.subire. Jñ h descensus. hui⁹ descensus. Item transcendo dis .id est vltra scandere.
Scatco tes.tui.n.s.i.ebullire feruere emanare erũpere.sic̃ facit aqua dũ decurrit iter angusta.t dũ emanat in locꝫ humidis t balneis. Item scatesco.cis.incho.t caret supino.t cor.sca.
Scaturio .ris.riui.a.q.i.scatere.t dr a scateo. Jñ scaturizo.zas. Uel scaturizo as. potest deriuari a scateo. Et est scaturizo idem q̃d scaturire.vel scaturientem imitari. Et componit excaturizo as.i.p aquam scaturientem vel ebullientem plumam aui auferre Unde legit in Sidonio . Alij excaturizabant aues.alij exenterizabant pisces . t producit scaturizo.u.ante r.sicut t scaturio ris. Unde Prudenti⁹. Petra dei iussu potũ larga scaturit.
Scelero as.aui.a.p. id est.peccare. Jñ scelero.aris. Inde sceleratus ta.tum. in quo fit scelus. Sed scelestus ta.tum. per quem fit. Sceleros⁹ vero qui facit. Est t sceleros⁹ plus q̃z sceleratus. Et sceleros⁹ comparat Similiter t sceleratus compat. Inó scelerose.sius.sime.t scelerate. tius.sime.aduer. Item scelero componitur . conscelero.ras. et cor̃.le.
Scenofacio cis.feci factum.i.facere funes. t dr a scenos q̃d est funis.t facio. Jñ h scenofactor oris.funiũ factor Et h scenofactorius.ria.riũ.ad scenofactõem vel ad scenofaciendũ ptinens. Uel dr ars scenofactoria Uñ Act.xviij.dr de paulo. Et erat scenofactorie artis.
Scindo dis.di.sum.a.t.i.separe.frangere. Et compõit abscindo dis.id est.ab vno ad aliud scindere. Conscindo. dis. Circũscindo.dis. Discindo.dis. Excindo dis.id est. valde scindere destruere. Prescido is. Proscindo dis. Rescindo.is. Et sunt oia actiua.t abijcunt n.in pterito t supino.t omia corripiũt pe.pteriti. vt ꝺscidi.abscidi. Und Lucan⁹ in.iij. Aut scidit t medias fecit sibi litora terras. Uetustissimi etiam scindi dicebãt.t omia geminãt s.in supino. vt abscissum. Sed a cedo cõposita p vnũ s. scribunt. vt ꝺcisus t incisus
Scintillo .las. n.p.i. fulgere vel scintillas emittere
Scio.cis.ciui.citum.a.q.i.sape. scientiam habere vel cognoscere. Et est ꝓprie scire .redere rationem eoz q̃ noueris. Nosse ꝓ o tm q̃ audieris. A scio dr scisso.scis .inchoatm. Scio actiuũ est ſm q̃ accipitur pro cognoscere.sed ſm aliam significationem neutrũ est.

Scisso.cis.ꝟbum inchoatiuũ est a scio scis Et a scda eius ꝑsona subtracta s.ꝛ addita tor.fit sciscitor aris.idem q̃d scitari frequẽ. irregulare est ꝟm formatõem. ꝛ ꝟm sig̃tõem vt dicit Pristian⁹ in.viij.lib. Notandũ scitor.aris.ꝛ sciscitor arꝫ.nata a ꝑmitiuo actiuo.deponẽtia sunt. Et sciscitor cor.pe.

Scismatico.cas.n.p.i. scismata facere vel scisma.q̃d ꝛ scismatizare d̃r.

Scitor.arꝫ.d.p.i.inquirere inuestigare iterrogare querere scrutari.et est freq̃n.irregulare ꝟm formatõem ꝛ ꝟm significatõem. vide s̃.in scisco.

Scobo bis.bi.bitum.n.t.i.mũdare.ꝛ ꝓpe domũ.ꝛ d̃r a scobs.

Scopo pis.scopui.sup̃.caret.deberet tñ facere scopitum.i.mũdare purgare.ꝛ ꝓprie domũ.ꝛ d̃r a scobo bis. Trãssumit̃ etiã ad alia Uñ ꝓpha. Scopebã spm̃ meũ.

Scopo.pas.a.p.i.purgare ꝟberare.

Scortor.tarꝫ.d.p.i.meretricari. Jñ scortator.ꝛ scortatori⁹.ria.riũ.ꝛ h̃ scortatoriũ.rij. lupanar.dom⁹ scortantiũ.

Screo.as.aui.n.p.i.scream ꝓijcere. Unde q̃dã. Jactãs sputa screat.res de⁹ ip̃e creat. Et cõponit̃ cũ ex.vt excreo as.i. extra screare ꝛ scream eijcere.

Scribo bis.psi.ptum.a.t.i. componere lr̃arum figuras. Uel scribere est figurꝫ visibilibus ante inuentis ꝛ vsitatis aliquid repre/sentare. Jtem scribere idem est q̃d disponere siue p̃ordinare. Unde Exod̃. xxxij. Dele me de libro tuo quem scripsisti.i. in quo ad vitam eternã me disposuisti vel p̃ordinasti. Et est sensus. Si nõ deles me dimitte eis. Scribi autẽ vel deleri de libro vite d̃r quis dupliciter.vel ꝟm p̃scientiam.vel p̃sentẽ iusticiam. Jtem scribere idem est q̃d memorie cõmendare. Unde Apoc̃.xiiij. Scribe beati mortui q̃ in dño moriunt̃. Jtem scribere idem est q̃d inferre. Unde Job.xiij. Scribis em̃ ꝯtra me amaritudines. Jtem scribere idem est q̃d lr̃as ꝓtrahe. Unde Hiere. xxxvj. Et ego scribebaꝫ in volumine attramento. Jtem scribere idem est q̃d scp̃to rep̃sentare. Und̃ Pristian⁹. in ꝑmo maio. Lr̃a est vox idiuidua q̃ scribi potest. Uñ. Scribo dispono memoroq̃ l'infero traho Scribo rep̃sentans scp̃to vel grãmata formans. Et ꝓdu.scri. Et componit̃ scribo cum ad. vt ascribo.is.abiecta d.id ẽ. asserere adijcere deputare destinare. Abscribo.bis.i.a scriptura remouere delere. Conscribo bis.id ẽ simul scribere. Unde patres conscp̃ti dicebant̃ quoꝝ nomina simul in enea tabula aureis lr̃is scp̃ta erant ꝓpter maiestatem ꝛ ꝓpetuitatem imperij insinuandã. Nihil em̃ est pennius ere. Circũscribo.bis.i.circa scribere cingere circũire concludere includere vel stringere vel remouere. Describo.bis.id est deorsum vel valde scribere.vel a scriptura remouere.vel scp̃turã delere. Jnscribo.bis. id est.iniungere deputare vel imp̃mere.vel intus scribere. Interscribo.bis.id est. inter aliqua scribere ĩterponere.vel de medio scripture aliq̃d auferre. Perscribo.bis.i. ꝑfecte scribere. Prescribo.bis.i.ante scribere p̃dicere p̃struere.vel ab aliquo spacio temporis aliquid possidendo acquirere. Jnde hec p̃scp̃tio.onis. Rescribo.bis.id est.iterum vel retro circa scp̃tuꝫ scribere. Qui ꝑmo mittit epl'am scribit. Qui remittit rescribit. Subscribo.bis.id est.parum vel post vel subtus scribere. Transcribo.bis.id est.vltra scribere.vel p̃scribere. Proscribo.bis.vide sup̃ loco suo. Uñ. Exulat a patria sine spe reditusq̃ reiq̃. Quisq̃ relegatus sua cũ remeabit habebit. Amittit proscriptus opes non posse reuerti. Jnscript⁹ manet in patria sed re spoliatus Ascribit iactans describit rem manifestans. Jnscribit signans proscribit crimina damnans.

Scriptito.tas.pe.corr̃.est freq̃ntatiuum a scp̃to.tas.tare.

Scripto.tas.id est.frequenter scribo. a scribo.bis.

Scrupulo.las.a.p.i.sollicitare.molestare

Scrutor.arꝫ.atus sum.d.p.i.inq̃rere inuestigare subtiliter inspicere. Jñ h̃ ꝛ h̃ scrutabilis.ꝛ h̃ le.i.aptũ vel habile ad scrutandũ. Et scrutabiliter aduer. Et ꝑ compositõem inscrutabilis. Jtem a scrutor d̃r scrutabundus.da.dũ.i.ad scrutandũ habilis vl' scrutanti similis. Scrutor componit̃ Perscrutor.taris.i.ꝑfecte scrutari. Jñ ꝑscrutãs.tis Unde.j. Mach̃.iij. Perscrutãs eos.ꝛ corr̃. scru. Uñ Orati⁹ epi. Arcanũ neq̃ tu scrutaberꝫ vlli⁹ vnq̃.

Sculpo.pis.psi.ptum.a.t.i.celare. Jñ sculptim aduer. Et h̃ sculptura.ꝛ h̃ ꝛ h̃ sculptilis.ꝛ h̃ le.pe.cor. Et hic ꝛ hec sculptibilis.ꝛ hoc le.penl' cor. Jñ sculptibiliter aduerbiũ. Jtem a sculpo d̃r hoc sculptile.lis.simulacrum in formam ꝛ similitudinem alic⁹ sculptũ. Et sculpto.tas.fre. A q̃ sculptito.tas. aliud fre.pe.cor.

Scurror.aris.atus sum.d.p.i. esse vel fieri scurrā. vel tale officiū exercere. dissolute viuere. ⁊ dr̄ a scurra.

S ante E

Sebibo.bis.n.t.i.seorsum bibo. ⁊ dr̄ a se.et bibo. ⁊ cor.bi.

Secedo dis.secessi.secessum.n.t.i.seorsū cedere separi. ⁊ dr̄ a se ꝑpositōne. ⁊ cedo.dis. ⁊ produ.ce.

Secerno.nis.a.t.i.sepo. ⁊ dr̄ a se ꝑpositōne ⁊ cerno Et differt a discerno nis. Discernit q̄ in duas ꝑtes diuidit. Secernit q̄ ex mlt̄ aliq̄d seorsum eligit

Seco.cas.secui.sectū.a.p.i.diuidere. separe.secernere. Jñ sectim aduer. Et h̄ ⁊ h̄ sectilis. ⁊ h̄ le.ad secandū habile. vel q̄d leuit̄ secari ⁊ scindi p̄t. ⁊ cor.pe. Et ꝟm antiq̄s inuenit̄ etiam seco.cas.caui.catū. Uñ in Aurora dr̄. Qui christi gladio dogmata falsa secauit.

Sector.tar̄.tat⁹ sum.fre. a sequor.quer̄.et deberet formari ꝟm regulā ab h̄ supino secutu.u.in or.sed ad differentiam secutor q̄d est nomē.dicim⁹ sector ꝑ syncopam ꝓlatuz. Et componit̄ assector.tar̄.i.seq̄ndo adipisci.assequi. Consector.tar̄. Jñ ꝯsectaneus nea.neū.

Secūdo.das.a.p.i. ꝓsperari. ꝓsperꝫ facere. vl̄ secūdo loco seq̄. Et ꝯpōit̄ obsecūdo.das .i.obedire obtempare.

Securo.ras.a.p.i.secuꝫ facere.

Sedeo sedes sedi sessum.n.s. Jnde hec sessio.onis. Et hec sedes sedis. ⁊ produ.se. licz sedeo sedes eam cor. Uñ. Dum sup̄ alta sedes casum p̄bet tibi sedes. Uñ ꝓpha. Jllic sederūt sedes in iudicio. Jtem a sedeo .des. dr̄ sido sidis.idem quod sedeo. ⁊ caret p̄terito ⁊ supino.sed mutuat̄ ea a sedeo.des. Et ponit̄ aliq̄n sedere ꝓ placere.vt hoc nomen sedet mihi.

Sedo.das.daui.a.p.i.mulcere. trāquillare lenire compescere. ⁊ quasi sedentes ⁊ pacificos facere. ⁊ dr̄ a sedeo.des. Et ꝓdu.se. Sz sedeo.des.corri.se. Unde. Que mea mente sedet mentis mihi vulnera sedet. Jtē ī Aurora. Non iram domini presens bonis vltio sedat. Et a sedo sedas.dicit̄ sedatus.ta.tum.et habet easdem significationes.quas sedo das.

Seduco.cis.seduxi seductū.a.t.id est. decipere.q̄i seorsum a bono ducere. et dicitur a ꝑpositione se. ⁊ duco.cis. Jtem seducere dr̄ seorsuz ducere separare.sicut fit q̄n causa cōsiliandi aliquis ducit̄ extra congregatōem Et ponit̄ seducere ꝓ decipere prodere et separare. Jtem seducere potest poni in bona significatōne.id est a malo ad bonum ducere. Et sic p̄t accipi illud Hiere.xx. Seduxisti me dñe. ⁊ seduct⁹ sum. Alia lr̄a habz. Tenuisti me ⁊ pauisti me. Et sic seductor ē bonus ⁊ malus. Frequēti⁹ tamē ponit̄ in mala parte.

Segrego.gas.gaui.a.p.i.separe.quasi seorsum a grege ponere. Et dicitur a se. ⁊ grego gas. quod est vnare. Jnde segregatim aduerbium.

Seiugo.gas.a.p.i.separe diuide. ꝟm Pap̄. ⁊ dr̄ a se. ⁊ iugo gas. ⁊ cor.iu.

Seiūgo.gs̄.a.t.i.seorsū iūgere. vl̄ seorsum a iūctura facere.i.disiūgere.

Seligo.gs̄.selegi.ctū.a.t.i.eligere. q̄i seorsū ab alijs legere. ⁊ dr̄ a se. ⁊ lego.gs̄. Jñ select⁹. ta.tū.i.ab alijs elect⁹. Uñ Aug⁹.in.vj.li.de ciui.Deos iūctos ⁊ selectos diligent̄ explicans.et cor.li.

Sello.las.a.p.i.sellā reponere. Et ꝯponit̄. Dissello.las.i.diuersis modis sellare vl̄ sellam retinere. vel a sella remouere. vel a sella ꝓijcere. Jnsello.las. Resello.las .i. iterꝫ sellare. vel sellā remouere.

Semino.nas.n.p..i.semē spargere. ⁊ dr̄ a semen. Et ꝯpoit̄ Cōsemino.nas. dissemino.nas.insemino.nas.resemino.nas.

Semento.tas.taui.n.p.i.semīare.sementez facere.

Semiustulo.las.a.p.i.ex ꝑte vrere vl̄ incendere. Jñ semiustulat⁹ ta.tū. Uñ dic̄ Aug⁹. de ciui.dei. Pōtifex sue salutꝫ oblit⁹ irruēs in ignē semiustulat⁹ est.

Semo.as.a.p.i.imꝑfectū facere. aliq̄ꝫtulū diminuere ⁊ euacuare. ⁊ ꝓdu.ꝑmam. Unde Semam semideus stemus flemus quoq̄ semo.

Semoueo.ues.a.s.i.seorsum mouere vl̄ separare. Jñ semotim.i.separatim. ⁊ semot⁹. ta.tum.

Seneo.nes.nui.n.s.id est.esse vel fieri senē. ⁊ dicitur a senex. Jnde senectus.ta.tū. participium ꝟm antiquos. Et hinc senesco.scꝫ. inchoatiuum. Et seneo caret supino. q̄ꝫuis ꝟm antiq̄s faciat supinū in nectuz. ⁊ cor. se. Unde Juuenalis. Perpetuo merore ⁊ nigra veste senescāt.

Sentino.nas.n.p.i.animo aliquid sensim dijudicare

Sentio.tis.sensi.sensū.a.q.i.aliq̄d sensu p cipe.ſ.auditu.visu.ꝛc. Itē sentire.i.itellige re.vel hz̄e sensum.i.intellectū.ꝛ ꝑm b̄ est neu trū. Jñ sensus.sa.suz. Et nota q̄ sensus .sa. suz.est pticipiū p̄teriti tpis de sentio. cuius q̄dā simplices dixer̄t sentit⁹.ta.tū. q̄d nihil est. Uñ Aug⁹.de ciuitate dei. Sensa ē mo riēs.q̄ animā deseruit de⁹

Separo.ras.a.p.i.duidere seoꝛsū pare.

Sepelio lis.liui.vl' p syncopā sepelij.sepul tū.licet ꝑm antiq̄s inueniat sepelitū.a.q. id est moꝛtuū ꝓdere Jñ sepult⁹a.ū. Jtem sepe lio ꝓpoīt Lōsepelio lis.i.sil' sepelire.dissepe lio lis.i.sil' diuersis modis sepelire.vel a se pulcro remouere ꝛ eiicere.ꝛ coꝛ.hāc syllabā pe.ꝛ facit supinū sepultū Uñ Ouidi⁹in.xij. epl'a Et sepeli lachꝛymis perfusa fidelibus ossa.

Sepio pis.sepsi septū.a.q.lz inueniat sepi ui sepitū.lz magis apud antiq̄s. Et est sepi re circūdare.sepe circūcludere.ꝛ pō.se. Uñ Uallam⁹ ꝓprie castrū.sepimus ouile. Jtem Uirgilius Religio vetuit segeti pretendere sepem.

Sepono nis.sui.a.t.i.seoꝛsū ponere separa re.ꝛ doꝛ a se.ꝛ pono is.ꝛ pdu.po.

Septuplo plas.plaui.a.p.i.septies multi plicare.ꝛ coꝛ.tu.naturaliter

Sequestro ſtras.a.p.i.separe.ꝛ ꝓprie certan tes pacificare. Uñ. Diuido pacifico dic de signare sequestro.

Sequoꝛ querꝛ.secut⁹ sū .d.t.i.imitari. Jnō secut⁹ta.tum.q̄d seq̄t. Et secutiu⁹ua.uū.q̄d seq̄t vel q̄d est signū secutiōis. Et h ꝛ b et b sequat.diligens secutoꝛ.q̄ et secutarius doꝛ. Jñ sequaciter aduerꝛ.ꝛ hec sequacitas.tatꝛ. et coꝛ.se.

Sereno.nas.naui.a.p.i.etbilarare .letifica re illumiare illucidare.ꝛ pdu.re.

Serico cas.a.p.i.serico oꝛnare vl' intexere. ꝛ coꝛ.ri.

Serio as.a.p.i.oꝛdinare.in oꝛdinē ꝛ seriem disponere.ꝛ coꝛ.se.

Sermocinoꝛ arꝛ.d.p.i.sermonē facere.ꝛ doꝛ a sermo.ꝛ coꝛ.ci.

Sero .ras.raui.a.p.i.seram ostio apponere. ostiū firmare claudere.ꝛ doꝛ a sera.re.

Sero ris.serere.duplex hz p̄teritū ꝛ duplex supinū.ꝛ ꝑm b hz diuersa sigta . Sero. ris. seui.satum.i.seminare. Sed sero ris. serui. sertum.i.plantare. Hec tn significatio tra cta est ab alia. Qui em arboꝛes plātat q̄dā modo seminariū eis ꝓfert. Et q̄ seminatio ꝛ plātatio oꝛdine solēt esse. idō sero seui q̄n q̄z ponit ꝓ oꝛdinare. Itē sero ris.serui sertū .i.mittere vel ꝓiūgere. Jnuenit tn ꝛ serui pro oꝛdinaui.ꝛ p seui.ꝑm antiq̄s. Itē sero q̄n fa cit p̄teritū in seui.ꝛ supiuū in satum neutꝛ est. Sed sero q̄n facit p̄teritum in serui.ꝛ su pinū in sertum.actiuum est. Jtem sero in p̄ senti coꝛ.hanc syllabam se.sed in p̄terito eaꝛ pdu.Unō ꝓsper. Oō serim⁹ metim⁹. q̄d damus accipim⁹

Serotino nas.i.tardare.serotinū facere

Serpo pis.psi.ptū.n.t.i.latenter ire.vl' coꝛ poꝛe ꝛ vetꝛe repe. Et ꝓpoīt Lōserpo pis.i. sil' serpe. Jnserpo pis.i.intro serpe. Proser po pis.i. pcul serpere. vel ꝓpe serpe.ꝛ etiā in ante serpere.

Serro ras.i.serra secare. Jñ serrās.antꝛ.g. ois. Uñ Esa.xlj. Ego posui te q̄i plaustruꝛ triturās nouū habēs rostra serrātia.

Seruio.uis.seruiui seruitū.n.q.i.famulari. Et ꝓpoīt Lōseruio uis.i.sil' seruire. disser uio uis.i.diuersis modis ꝑuire vel offende re.inseruio.uis.i.valde seruire vel obedire. Seruim⁹ tm̄ dn̄is. Jnseruim⁹ cuiusq̄ ꝑce ptis. Reseruio.uis.i.itez seruire.vel a serui tio cessare. Subseruio uis.i.obedire vl' sa tisfacere. ꝓsonare latenter vel post.vel parū seruire.

Seruo uas.uaui.a.p.i.custodire. retinere. vel in custodia ponere vl' ꝑspicere. Et cōpo nit Lōseruo uas.i.sil' seruare. Itē obseruo as.q̄d in bono ꝛ in malo sumit.vt i suo loco doꝛ. Itē reꝑuo uas.i.retinere

Seto as.aui.n.p.i.caput ꝛ crines purgare cū seta. Et ꝓpoīt Jnseto tas.

Setatio as.aui.i.farinā purgare.

Seuero as.i.firmare asserere.ꝛ nō est mul tum in vsu. Sed componit Asseuero .ras. id est.affirmare.asserere. Et pseuero ras. id est.pdurare.

Seuio uis.uiui.uitum.n.q.id est.insanire. furere.seuum esse vel fieri.et pdu.se. Unde ꝓsper. Impia confuso seuit discoꝛdia mundo.

H ante J

Sibilo las.n.p.serpentū est .ꝓprie tn̄ hoīes sibilant. Jñ b sibul⁹li.lz in pl'i sibila.lorum Et sibil⁹la.lū.i.sibilans. Jtem sibilo poni tur quandoq̄z p ridere.quia sibilare solem⁹ post eum quem deridemus. Unde Oraci⁹ in sermo. Populus me sibilat.id est.deridet Et coꝛ.bi.

Sicco cas .a.p.i.siccũ facere. Et ꝯpõit cũ de.ꝛ dr desicco cas. Itẽ cum ex. ꝛ dr exicco. cas. Itẽ cũ re.ꝛ dr resicco.cas.

Sidero ras.a.p.in simplici nõ ẽ in vsu. Sz ꝯpõit Cõsidero ras.i. ꝓspicere.ꝛ ꝓprie celestia. Desidero ras.id est.cupere.ꝛ proprie celestia.

Sido dis.dere.n.t.vide.s̃.in sedeo

Sigillo las.a.p.i.sigillũ facere vl' sigillo designare firmare claudere.

Significo cas.caui.i.facere signũ manifestare.notificare ꝛ exp̃mere. Jñ h̃ sig̃ntia tie. .i.exp̃ssio sig̃tio ꝛ desig̃tio suppositi expressa. Et significanter aduer.i.exp̃sse apte. Inde sig̃nti⁹.i.exp̃ssi⁹ Et forte inuenit̃ sig̃ns tior. tissim⁹.i.exp̃ssus.ssior.ssim⁹. Et hic significant̃.ti⁹.sime.aduer. Et h̃ sig̃ntia tie. Et significo ꝯpõit̃ Consignifico as.i. p̃ter p̃ncipalẽ sig̃tionẽ secũdario aliq̃d dare intelligi. qñ ꝟbũ cõsignificat tps. Itẽ ꝯsignificare .i.sil' sig̃re idẽ. Itẽ ꝯsig̃re.i.ex adiũcto ꝛ nõ ꝑ sig̃tionẽ ꝯtrahe.q̃i cũ alio nõ ꝑ se sig̃re.quẽadmodũ ꝯiũctio ꝛ aduerbiũ ꝛ p̃positio cõsignificãt.ꝛ cor.si. Et videt̃ cõponi a signũ ꝛ facio.cis.

Signo. as.aui.a.p.id est.signum facere vel signo designare.exp̃mere ostendere.et dicit̃ a signũ q̃d est nota.ostentũ.vexillum. Inde signanter aduer.

Sileo iles.lui.n.s.i.tacere. Sz silere refert̃ ad vocẽ inarticulatã vel mutã.tacere ꝟo ad articulatã. Et inde h̃ silentiũ tij. Et vt dicũt silentiũ nihil est.sz vbi vox nll'a ẽ dr esse silentiũ. Similiter tenebre nichil sũt.sz vbi lux nõ est.tenebre esse dicũt̃. Itẽ a sileo dicit̃ silesco.cis.incho.ꝛ cor.hanc syllabã si. Uñ Ouidi⁹ de reme. Qui silet ẽ firmus. q̃ dicit multa puelle.

Syllabico.cas .a.p.i.facere syllabas. vl' cõiũgere lr̃as.ꝛ dr a syllabic⁹ ca.cũ. Itẽ a syllaba dr syllabo.as.i.syllabicare. Jñ syllabatim.i.syllabicatim aduer.

Syllogizo as.i.ꝯcludere.ꝛ ꝓp̃e syllogizando.vel syllogismos facere.

Similo las.a.p.i.facere sil'em. vel esse vel rep̃sentare. Et ꝯponit̃ assimilo as .i.valde similare. Absimilo.as.dissimilare. Cõsimilo las. Dissimilo.las. Insimilo.las .i.valde similare. Inuenit̃ etiã assimilor.arꝫ.d.p.i eodem sensu.in q̃ ꝛ assimilo.

Symphonizo zas.n.p.i.cũ cũ symphonia canere.ꝛ acuit̃ ni.

Simulo las.a.p.i.representare.ꝛ ꝓprie falso fingere.ꝛ ꝓprie fingere se scire q̃d nescit.vl' eẽ q̃d nõ est.ꝛ dr a similis vel simul. Et ꝯpõit̃ assimulo.as.i.valde simulare.absimulo las. .i.dissimulare.cõsimulo las.dissimulo. las. id est.diffiteri negare inficiari.se scire vl' esse q̃d scit vel est. Uñ solet dici. Simulo quod nescio vel q̃d nõ sum. Dissimulo quod scio vel quod sum. Insimulo las. ꝛ insimulor. insimularis.inuenit̃ in eodẽ sensu.ĩ depo.g. Uñ in Grecismo dr. Qd nõ sum simulo. sz dissimulo q̃d ego sum. Et Pap̃.di. Simulam⁹ ignota.dissimulam⁹ nota.

Sigultio tis.tiui.n.q..i. ꝓtrahe spm̃ ꝛ anhelitũ cũ difficultate. Et deberet facere supinũ singultitũ.facit ãt singultũ Jñ singulto.tas.fre. Et h̃ singult⁹. tus.tui. ꝓtractio anhelit⁹ cũ difficultate.

Sinistro stras.i.ꝑ sinistrã ducere vl' ad sinistrã diuert̃e. vel sinistra vti ꝓ dextra.

Sino nis.siui. vl' sij.sitũ. Sinor erꝫ.sit⁹ sũ. .i.sinere ꝑmitt̃e vel dimitt̃e. Et sinere.i. finiri terminari. Et sinere. i.cessare. Jñ h̃ situs Sinere ꝓ dimitt̃e vel ꝑmitt̃e actiuuz est.et in alijs sig̃tionib⁹ neutrum.ꝛ cor.si in p̃senti et in supino. Sed in p̃terito eam produ. Unde. Ars hominem format nec sinit esse malum.

Sinuo nuas.aui.a.p.i.ampliare vel plicare vel curuare.ꝛ dr a sin⁹. Et ꝯponit̃ Insinuo.nuas.i.denũciare.signare. q̃i in sinum mittere intimare. Et insinuo.as.i.latent̃ ꝑsuadere ꝛ dissimulare orare .dicere dissimulatorie. vt cuz rep̃hendim⁹ ꝛ damnam⁹ que maxime defendere intendim⁹. Est ergo insinuare aliq̃d aliud intendere q̃ꝫ ꝟba videãtur sonare. Jnd h̃ insinuatio.i. callida et latens oratio. Uñ q̃dã solẽt exordiri ꝑ p̃ncipiũ. vt cũ causa est turpis.ꝛ animi auditoꝝ sunt alienati. Est em̃ insinuatio oro quadã dissimulatõe ꝛ circũitiõe obscure subijciẽs auditoris animũ. Sz p̃ncipiũ est oro ꝓspicua.ꝛ ꝓtin⁹ ꝑficiẽs auditorẽ beniuolũ ꝛ attentũ vel docilẽ.

Synzugo.as.a.p.i.ꝯiũgere vel ꝯiugare

Sipo pas.paui.a.p.i.farinã ad faciendum pultẽ immittere. Et sipare.i. spargere.ꝛ ꝓprie escã gallinis.et sipare.i.cõminuere. Et ꝯpõit̃ Consipo pas.i.simul sipare. Dissipo pas.i.dispergere diminuere destruere. Prosipo pas.i. ꝓcul sipare ꝛ spargere. Obsipo. pas.i.vndiq̃z vel contra vel obuiam sipare. ꝛ cor.si. Unde. Qui sipat h̃ pascit volucres ꝛ dissipat inde.

SD

Sisto.stis.caret ꝑterito ⁊ supino.sz accipit mutuo a diuersis ꝯm diuersas eius sigtiones. Nã sisto absolutũ ē ⁊ trãsitiuũ. Qñ ē absolutũ sigt idē q̃d sto vel maneo. sisto. qsi cum ꝑpus irem mõ sto. ꝯm ꝫ accipit ꝑteritũ ⁊ supinũ a sto. ⁊ facit sisto steti statuz. Sisto qñ est trãsitiuũ sigt idē q̃d statuo. vt Iste sistit menia. i. statuit. Accipit etiã ꝑ firmare vl̃ retinere vel stabilire. vt sisto equũ. Un Ouidius de fastis. Siste puer lachrymas. Protheus tua damna leuabit. sistere. i. ꝑsentare Un Luce. ỹ. Ut sisterent eũ dño. i. ꝑntarẽt. ⁊ ꝯm ꝫ est transitiuũ ⁊ accipit ꝑteritũ ⁊ supinũ a statuo. vt sisto statui statutũ. Sisto ꝑstare neutr̃ est ⁊ caret ꝑterito ⁊ supino. et accipit mutuo a sto stas. Itẽ sisto in alia significatõne actiuũ est ⁊ caret ꝑterito ⁊ supino. ⁊ accipit ea mutuo a statuo statuis. ꝯm Hugui. In Brecismo ⁊ in Doctrinali dicitur. Sisto facit statui. si transeat atq̃ statutum. Sed si neutrale dat steti nullumq̃ supinum.

Sitio tis. tiui. titũ. n. q. i. potum desiderare Et põit simpl̃r ꝑ desiderare. Jñ sitibũdus da. dũ. i. sitienti sil̃is. Itẽ sitio ꝓpõit resitio tis. ⁊ corr̃. si. Un. Incupidas sitit ebrietas ꝑsentia desunt.

S ante D

Socio as. a. p. i. socios iũgere vl̃ socios facere. ⁊ dr̃ a soci⁹. Et ꝓpõit Associo as. abscio as. i. abiũgere. ꝓ socio as. dissocio as. Et cor. ꝑmam

Solẽnizo. as. i. celebrare. festiuare.

Soleo les. solit⁹ sũ. ꝫbũ neutropassiuum. i. alicui rei assuescere. vel in ꝓsuetudinẽ ducere. Jñ solit⁹ ta. tũ. i. frequẽs. assuet⁹ assiduus vsitat⁹. ⁊ cor. so. Un Ouidi⁹ d̃ arte. Tarda solet magnis rebꝫ inesse fides. Sz sol solis. hi soles. pdu. so. Und̃. Qui rem nosse soles dic solẽ gignere soles.

Solero as. i. soleas facere vel soleis aptare. Itẽ solerare. i. solũ vel solidũ facere.

Sollicito tas. a. p. i. persuadere. ex suo loco mouere. quasi ex toto ⁊ multũ citare ⁊ commouere. Jñ sollicit⁹ ta. tũ. i. curiosus. anxi⁹ ⁊ cõmotus. Jñ sollicite. citius. tissime. aduer. Et ꝫ sollicitudo. dinis. id ẽ. curiositas. anxietas. Jñ sollicitudinari⁹ a. ũ. ⁊ pdu. so. Un Ouidi⁹. Res est solliciti plena timoris amor. ⁊ cor. pe.

Solido das. i. firmare integrare. ⁊ dr̃ a solum. Inde hoc solidamen. inis. pe. ꝓdu. ⁊ hoc solidamentum. ti. ⁊ solidus. da. dum. i. integer firmus. quasi solo datus. Jnde solide. dius. dissime. ⁊ ꝫ soliditas tatis. Et cõponit Consolido das. resolido das. ⁊ cor. ripiunt so.

Solecizo. zas. n. p. solecistice loqui. Itẽ solecistico. cas. in eodẽ sensu.

Solor. aris. atus sum. d. p. i. ꝑbere solatiz alloq̃ vnũ ⁊ derelictũ. ⁊ dr̃ a sol⁹. Qui eĩ sõlak. soli se applicat dũ loq̃t. ⁊ solitudinem leuat alloquio suo. Jñ ꝫ solamen. inis. id est. solatiũ. Un in Aurora. Solamen matris ancora spesq̃ patris. Et ꝫ solatium tij. Et cõponit solor cũ con. ⁊ dr̃ ꝓ solor ar̃. Jñ ꝫ ⁊ ꝫ ꝓ solabilis. ⁊ ꝫ le. ⁊ consolabiliter. ⁊ ꝫ consolabilitas tatis. ⁊ consolans antis. oĩs ge. ⁊ cõsolatori⁹. ria. rium. Item cũ de. et dicit desolor aris. Solor ⁊ eius composita sunt depo. licet antiq̃ fecerint solo las. actiuum. Unde ⁊ põdicta ꝫba adhuc sepe inueniũtur posita in passiua sigtione. ⁊ pduc̃. so. Unde Orati⁹ in epi. Jnstruit exemplis inopẽ solatur egenum.

Soluo uis. ui. utũ. a. t. i. enodare. liberare. Jñ ꝫ solutor oris. Et ꝫ ⁊ ꝫ solubil̃. ⁊ ꝫ le. et hec solubilitas. tatis

Somnio as. a. p. i. in somnio vel ꝑ somniz aliq̃d videre vel ꝓpẽdere. Jñ somnito. tas. fre. Uel somnito deriuat̃ a somn⁹. Et somnitare. i. freq̃nter dormire.

Somnio. nis. niui. ꝫbũ neutrũ. i. somnum habere. dormitare.

Sono nas. sonui. nitũ. n. p. Jñ sonit⁹. tus. ipa actio sonandi. vel strepit⁹ ⁊ son⁹. ⁊ ꝓprie ꝓ fuse vocis. Et ꝫ son⁹ ni. q̃cq̃d aure audit̃. vel auditu ꝑcipit̃. ⁊ cor. so. Un ꝓsp. Hi pia mens habeat q̃d bñ lingua sonet. Et facit ꝑteritũ in iui. diuisas. ⁊ supinũ in itum. licet inueniat̃ qñq̃ facere ꝑteritum in aui. ⁊ supinũ in atum.

Sophismatico. as. i. ꝑ sophismata decipe.

Sophistico as. i. decipe ꝫbox inuolutõne

Sopio pis. piui. vel sopĩ. sopitũ. n. q. i. facere dormire sedare extinguere termiare compescere facere quiescere. Jñ sopit⁹. ta. tũ. Et ꝫ ⁊ hec sopibilis. ⁊ ꝫ le. ⁊ pdu. so. Un Ouidius in. x. epl̃a. Qui me non possum potui sopire draconem. Similiter sopitus ta. tũ. pdu. tũ ꝑmam sicut suum ꝫbum. Un Ouidius. Dum petis amplex⁹ sopitaq̃ brachia iactas Tamen semisopit⁹ cor. o. ante p. Un Ouidi⁹ in. ix. epl̃a. Thesea pssuras semisopita man⁹.

Soporo.ras.a.p.i.sopire facere dormire.z
pie cū sopore. Jñ b z p sopozabilis.z b le.
Et sopozabilit aduer. Et componit. Con
soporo.ras. Et a soporo oz sopozat⁹.ta.tū.
id ē.sopitus.z coz.pmam.
Sorbeo.bes.bui.vel sozbo.bis. sozbui vel
sozpsi.sozptum. ptu.n.s.i. deuozare. aliqd
molle deglutire.vt oua mollia. Jnde b z p
sozbilis.z b le.facilis vel mollis ad sozben
dum.z coz.pe. Uñ in Aurora. Sozbilis vt
fiat inde polēta ligat. Et a sozbeo. sozbesco
scis.inchoatiuum
Sozbillo.las.n.p.i.aliqntulum vel paula
tim sozbere.z oz a sozbeo bes.
Sozdeo des.dui.n.s.i.esse vel fieri sozdidū
putrere displicere fetere bozrere. Uñ. Soz
det vt actozi pficiat opus. Sozdet.i.turpe
est.indecens bozribile.
Sozdido das.a.p.i.sozdidū facere
Sozorisso as. vl sozorizo zas.i.imitari mo
rem sozoris vel assimilari sozori.
Sortioz tiris.sortit⁹ sum.d.q.i.p sortes di
uinare vel tribuere vel subministrare. vel di
uidere z adipisci.z oz a soris. Et componit
Consortioz.tiris. Resortioz.tiris.
Sospito tas.a.p.i.sanare.exhilarare vl bo
na spe afficere. vel bona spe nō fallere. Et in
eodē sensu inuenit sospio.pis.

S ante P

Spacioz.aris.atus sum.d.p.i.ire vel deam
bulare.huc et illuc ire causa recreādi. Et cō
ponit. Conspacioz.aris. Circūspacioz.arz.
Tristor aris. d. p. i. dolere tristē esse. Inuenit etiā tristo. stas. in actiuo genere. i. tristez facere turbare. Et vtrūq̄ componit. Lontristo stas. cōtristor. aris.

Trito tas. i. freqnter terere. t pō. pmā. Unī Facetus. Quos vult sors ditat. q̄s nō vult cū pede tritat.

Trituro ras. n. p. i. terere triturā facere. ō palea granū p terendo eruere. Unde. j. Lorinth. ix. Et qui triturat in spe fructus percipiendi. t pduc. penl'. sicut tritura nomen. Unde in Anticlaudiano ōr. Deiectāq̄ solo pedib⁹ triturat equinis

Triumpho phas. a. p. i. triumphū hre exultare vincere. Inde hic t hec triumphalis. t hoc le.

Trucido das. daui. a. p. i. interficere iugulare secare. t q̄i cede vel cedendo truncare. t ōr a trūco cas. t cedo vel cede. Unī trucidare. q̄i truncando cedere. t pdu. ci. Unī Oratī in epi. Uinū seu pisces seu porrum et cepe trucidas.

Truculo las. aui. a. p. i. trucidare.

Trudo dis. trusi sum. a. t. i. īpellere īpingere. ī custodiā includere. t pdu. tru.

Trunco as.a.p.i. caput auferre diminuere debilitare. ꝛ ðr a trūc⁹.

Trutannizo.zas.n.p.i. vitā ꝛ mores trutā/no⁹ gerere

Trutino nas.a.p.i. libʒare. eq̄pendere. ꝛ ðr a trutina. Uel vt dicit ꝓp. Trutinat appē sat ertimat. ꝛ cor. tru. Unde Orati⁹ in epi. Scriptores trutina nō est q̄ multa loquamur.

T ante V

Tubero ras.a.p.i. inflare supbire vel tube/rib⁹ implere. Et ꝯpōit Cōtubero ras. detubero ras. i. purgare vel equare.

Tudico cas.a.p.i. pcutere cū malleo.

Tulo.lis. vide. s. in tollo lis.

Tumeo.mes.n.s.i. surgere crescere inflare supbire. Jñ h tumor oris. ꝛ tumesco scis. inchoatiū. Tumeo neutr⁹ est ꝛ caret supino. ꝛ cor. tu. Unde Orati⁹ in poetria. Uesanum tetigisse tument fugiantq̄ poetā. Et in Auroꝛa ðr. Nic tumet ille timet. fugit h hostē fugat ille.

Tumulo las.a.p.i. sepelire. Jñ tumulatim aduer. ꝛ cor. mu.

Tumultuor aris.d.p.i. tumultum facere. Jñ tumultuari⁹ ria. riū.

Tundo dis.tutudi.tusum.a.t.i. pcutere verberare ꝓterere ꝓfringere. ꝛ cor. tu.

Tunico cas.a.p.i. tunicā induere

Tuor eris. tuit⁹ sum. d.t.i. inspicere vel defendere ꝓtegere. Jñ tueor eris. tutus sum. secūde ꝯiugatōis. i. inspicere defendere protegere. Et ḳm Pristianū idem signt tueor ꝛ tuor. Et ambo sunt verba depo. Et tuor facit supinū intuitum. Tueor vero secūde cōiugatōis facit tutum. Et ambo habent tueri in infinitiuo. Unde. Pro speculor dicis. ꝛ p defendo tueri. Dat tutum tueor. tuitum tuor. ambo tueri. Item nota q̄ tuor raro inuenit̄ p defendere ꝛ sepi⁹ p inspicere. Econuerso tueor raro inuenit̄ p inspicere. ꝛ sepe p defendere.

Turbo bas. baui. a.p.i. pcipitare ꝓfundere cōmiscere obscurare. et ðr a turbo. inis. Jñ turbid⁹ da. dū. ꝛ hec turbiditas tatis. Et ē turbidū de nata. turbulentum vero fit. Et a turbo bas. ðr turbido. as. i. turbidū facere. Et turbat⁹. a. ū. ꝛ turbatio.

Turbulēto tas. i. turbulentū facere

Turgeo. es. tursi. tursū. n.s.i. inflare tumere. Jñ turgesco cis. incho.

Turpo pas. a.p.i. inq̄nare turpē facere. Jñ turpeo es. i. esse vel fieri turpē. Jñ turpesco scis. incho. Turpo ꝓpōit Deturpo pas.

Tussio sis. tussiui. tussitū. i. torqueri a tussi. ꝛ ðr a tussis. Jñ h tussit⁹. tus. ꝛ tussito. tas. freq̄n. pe. produ.

Tutelo las. a.p.i. defendē. Jnd h tutelatio. onis. ꝛ h tutelamē. inis. ꝛ h tutelat⁹ tus. Et h tutelator. i. defensor. ꝛ pdu. te.

Tutor taris. i. freq̄nter defendē fuare. ꝛ ðr a tueor. eris. Et ꝓpōit Cōtutor aris. Uñ antiq̄ dicebāt ꝓtuto tas. Uñ Baruth. vj. Sacerdotes seris ostia tutant.

V ante A

Vacillo las. a.p.i. titubare instabilē esse tremulare labare trepidare. et dicitur a vaco cas. Inde vacillās participium. et produ. va. Unde Ouidius meta. Spes mea vacillat subtili pendula. filo.

Vaco .cas. caui. n.p.i. eē vel fieri vacuū. Et ꝛ videat ad alias sigtōes trāsferri. tñ omēs redolēt illā. Dr eñ vaco lectōi. i. insisto lectioni ꝛ opam do. ꝛ vaco a lectōe. i. cesso vel desicio a lectione. Uaco numis. i. careo. Sed oēs iste sigtōnes redolēt pmā. Cū eñ dico Uaco lectioni. idē est ac si dicerē. vaco ab alijs rebꝰ insisto lectōi. Jñ vacat impsonale. i. esse vacuū vel licitū esse vel oportunum Unde. Uacat mihi legere. i. oportunitatē legendi habeo. ꝛ nō impedior ab alio negocio. Uaco neutr⁹ est. ꝛ cor. va. Uñ Lucan⁹ in. v. Fata vacent pcerū mot⁹ h cūcta seqn/tur. Pap. ꝓo di. Uacat opam dat vel deficit. a vacuo dictū. q̄ eñ vacu⁹ est a ceteꝛ operib⁹ interdū vni vacat. i. opam dat. interdū nihil agit.

Vacuo.as.aui.a.p. Et ḳm Pap. vacuat. id est. inanit. q̄d int⁹ est aufert. Jñ vacu⁹ a. um. i. van⁹ ociosus destitut⁹. sine eo q̄ habuit. ꝛ cor. pmā. Und Ouidi⁹. Da vacue mēti q̄ tueat opus. Et ꝓpōit cū fact⁹. ꝛ ðr Uacuefact⁹ ta. tū. vū Job. xiij. Et fluui⁹ vacuefactus aresçat.

Vadio as.a.p.i. in vadio ponere. vadiū vel pignus alicui dare. ꝛ cor. va. Et componit Cōuadio as. ĩuadio as. obuadio as. i. ꝓtra aliuz vadiare. Reuadio as. i. repignorare. a vadio recolligere. Subuadio as. i. post vel latenter vadiare.

Vado das. aui. n.p.i. p vadū transire. vel p vadū ducere. vt Uado istū vel vado equū. Et componit Peruado das. Reuado das.

Transuado das. t est neutꝝ vado cuꝫ suis cõpositꝫ, p trãsire p vadũ. Jn alia sigtiõe est actiuũ t cor. va. sic vadum. Szvado dis. p mã pdu. Uñ. Uado viam. vado q̃drupedẽ. vadio vadiũ do. Et vador illud idẽ significare solet. Prima vado lego. tertia vado lego.

Uado dis. si. sũ. i. ire vel pgere. Et cõponit. Lõuado. dis. euado dis. i. extra vadere effugere liberari. Jnuado dis. i. ipetere aggredi arripe. Peruado dis. i. pfecte vadere vl̃ p aliq̃d vadere. Uado t eꝰ composita neutra sũt. pter inuado q̃d est actiuũ. t pd̃. va. Uñ Pamphilꝰ. Et modo vadit eques qui solet ire pedes.

Uador daris. i. in vadẽ ponere. vadẽ dare. vt ego vador illũ tibi. i. do illũ in vadẽ tibi. et dr a vas. dis. Uel vadari. i. vocari ad iudiciũ ad placitũ vel fideiubere vel litigare. vel polliceri. t erat cõe olim. sz modo depo. t nõ ptinet solũ ad hoies. sz etiam ad aialia bruta. vt vado tibi equũ meũ. Et compõit Lonuador aris. euador arꝛ. i. poscere flagitare vel a vadiatione liberare remouere. Reuador aris. i. vadẽ recolligere. t est depo. cũ suis cõpositis. t cor. va. sic vas vadis. Uñ Ouidꝰ de reme. Jamq̃ vadatur leticia p/deat inquit.

Uagino nas. n. p. i. facere vaginas. Et componit Euagino. nas. i. extrabo de vagina. Jnuagino nas. i. in vaginã mittere.

Uagio gis. giui. vel vagij. itũ. n. q. i. plorare flere. t est ꝓprie infantiũ. t dr a vagꝰ. a. ũ. Et inde hꝫ vagitꝰ tus. tui. i. ipe clamor infantiũ. Et vagito tas. i. freq̃nter vagire vl̃ violent. t pdu. pe. sz vagꝰ eam cor. Uñ. Nos q̃i vagitu deficiente loq̃. Item. Siluis pasce vagis. in cunis tu petre vagis.

Uagor aris. atꝰ sũ. d. p. i. spaciari errare huc illuc discurrere. Jñ vagabũdꝰ. a. ũ. t vagus a. ũ. Qꝫ ãt dr vagꝰ. q̃i a via actꝰ. t vagari. q̃i a via agi. i. sine via. vel vagari q̃i vagũ agi. etymo. est. Jñ hꝫ vagitas. tatꝭ. t cor. va. Uñ Lucanꝰ. Nobilitas cum plebe patet lateq̃ vagat. Item in Auroza. En vagus t pfugus t maledictꝰ eris.

Uagurio ris. riui. i. p ociũ vagari.

Ualeo les. lui. litũ. n. s. s. i. vigere. sanuz esse vel posse. t pciũ denotat. Et valeo. i. pereo. vel infirmor. Uñ Terentiꝰ. Ualeant q̃ iternos discidia querũt. Et hinc inuenit quod dam ꝓbum defectiuum quod ptinet ad salutatõem in recessu. scz Uale. valete, valeto valetote. i. valere. q̃d olim solebat dici mortuis post pactam sepulturã ab amicꝭ. quod erat signũ q̃ nõ debebãt amplius eos videre. Et qr tale vale erat signũ doloris t tristicie t meroris. inde tractũ est vt valeo ponatur p perire vel infirmare. Item a valeo. les. dr valesco cis. incho. t cor. va. Unde Ouidꝰ de reme. Ut valeas anio quicq̃z tolerare negabis. Et in Brecismo dr. Accipit valeat pro queat t pereat. Qui valet ille pt defecti uũq̃z salutat. Nota q̃ valeo qñ pcium denotat ꝓstruit cum gtõ denotante pcium indeterminatũ. vt Jn digesto Julius ait. Fundum tanti valere quanti vendi pt. Et Bregoriꝰ dicit. Regnum celoꝝ tanti valet quãtum habes. Lonstruit etiam cum actõ denotante pcium indeterminatũ vel determinatum. vt in Beñ. Terra quaz postulas trecentos siclos argenti valet. Lonstruit etiã cum ablatiuo.

Uallo. as. a. p. i. circũdare circũsepire munire. t ꝓ prie vallo vl̃ vallis. t dr a vallũ. Jnd hꝫ vallatio onis. i. paloꝝ circũdatio in villa vel in vrbis obsidione. Item vallo cõponit Lõuallo las. circũuallo las.

Uanito tas. a. p. i. vanitatẽ dicere. vel vanitando laudare. t dr a vanꝰ.

Uaneo nes. n. s. i. esse vel fieri vanũ. vel deficere. t caret sup̃. Jñ vanesco cis. inchoa. et pdu. va. Uñ Ouidꝰ de fine titulo. Larmine lesa teres sterilẽ vanescat in herbaz.

Uaporo. ras. raui. a. p. i. calefacere vrere vel vaporez emittere. vel vaporando emittere. Jñ hꝫ vaporamẽ. inis. t hꝫ t hꝫ vaporabilis. t hꝫ le. Et hꝫ vapor poris. i. calor. fumꝰ. Itẽ vapor ꝓpõit Euapor ras. t pdu. po. Unde Virgiliꝰ enei. ij. Succedũt matres t tẽplũ thure vaporãt.

Uapulo las. laui. idez est q̃d ꝓberari. t dr a vapor. t est ꝓbũ neutrũ passiuũ. t sigt passionẽ ab alio illatã. t ꝓstruit cũ ablto iterposita a. vel ab. vt Uapulo a te. i. ꝓberor. Et hz vocẽ actiui t sensum passiui sic t veneo. nubo. etulo. t pdu. pmam vapulo. Et scribit p vnũ p.

Uarico as. vel varicor arꝭ. i. trãsire. vel ambulare vel diuertere vel deflectere t curuare vel claudicare. t dr a varica. vel a varix. Et ꝓpõit Diuarico cas. t diuaricor caris. id ẽ. discutere vel separe diuersum facere vel diuersificare vl̃ diuersis modis varicare. Preuarico cas. vel potiꝰ preuaricor. aris. id est. transgredi.

VE

Vario as.aui.a.p.i.facere variũ diuersificare. Jñ variatim aduer. ꝛ ħ ꝛ ħ variabil'. et ħ le. Jñ variabilit aduer. ꝛ ħ variabilitas tatis. Item vario ꝓpoit Diuario as.i. diuerſ modis variare. ꝛ coꝛ. va.

Vasto stas. staui. statũ. a.p.i. destruere. dissipare diripe ꝑdari ſpoliare. Jnd ħ vastatoꝛ. toꝛſ. ꝛ ħ vastatio onis. ꝛ vastatoꝛi⁹ ria. rium Et ħ ꝛ ħ vastabil'. ꝛ ħ le. ꝛ ħ vastamẽ. inis. ꝛ ꝑdu. pe. Jte vasto ꝓpoit Deuasto. stas. peruasto. stas.

Vaticinoꝛ arſ. at⁹ ſũ. d.p.i. diuinare. ꝓphetare. ꝛ dꝛ a vates. ꝛ cano. nis. Jñ ħ vaticiniuꝫ .i. diuinatio ꝓphetatio. Et ħ vaticin⁹ ni. de⁹ paganoꝝ. ꝛ coꝛ. ti.

V ante B

Uberto tas. n.p.i. abũdare

Ubero ras. n.p.i. abũdare. ꝛ dꝛ ab vber. ꝓo abũdantia Et ꝓpoit Eruubero ras. i. valde vberare. ſup abũdare. Jñ eruberãs. tſ. o. ge. Jñ eruberãter ti⁹. ſime. aduer. ꝛ ħ eruberãtia. tie. i. abũdatia affluẽtia. Jnubero ras. i. valde vberare. Item vbero ras. ꝑt deriuari ab vber. ꝑ mãna. Et tũc vberare. i. lactare. ꝛ inde eruberare. i. ab vbere ſegregare. ꝛ inubero ras. i. lactare. Et ſm ħ vbero est actiuũ cũ ſuis cõpoſitſ.

V ante D uel E

Udo das. n.p.i. balneo madefacio. ꝛ pdu. ꝑ mã. Unde Phiſiolog⁹. Qui cũ nos vdat ſũpta venena fugat.

Uecto tas. taui. i. freqnt vel ſepe vehere. Et dꝛ a veho. Jñ vectito tas. aliud fre.

Uegeto as. aui. a.p.i. viuificare ſuſtẽtare tegere. aliquã vim ꝛ valitudinẽ ꝓferre. ꝛ dꝛ a veget⁹ Jñ ħ ꝛ ħ vegetabil'. ꝛ ħ le. ꝛ ħ vegetatio onis. ꝛ coꝛ. ge.

Uebo. his. vexi. ctum. a.t.i. portare vel mouere vel ducere.

Uelificoꝛ arſ. d.p.i. velis tẽſis nauigare. vel vela facere vel erigere. vel velũ puũ facere. ꝛ dꝛ a velũ ꝛ facio. ꝛ coꝛ. fi. Jnuenit etiã velifico cas.

Uelitoꝛ arſ. d.p.i. ad modũ velitũ pugnare. vel pluũ incipe. Et põit ſimplr ꝑ pugre vel certare vel altercari.

Uellico cas. caui. a .p.i. ſũmatim vl' paulatim vl' apparenter vellere. Jñ vellicãs. tſ. oꝭ. ge. Unde Amos. vij. Sz armẽtari⁹ ego ſũ vellicans ſycomoꝛos. ꝛ coꝛ. li. Et est ħbũ apparitiuum. Et formatꝫ vellico a vellis ſecunda ꝓſona de vello lis. is. mutata in j. coꝛ. ꝛ addita co. vt vello vellis vellico. i. appareo. vel videoꝛ vellere. ſicut albico as. id est. appareo albere.

Uellito tas. i. freqnt vellere. Et nota q̃ vellito as. ꝑ t. ſcptũ est fre. Sz vellico cas. ꝑ c. nõ ꝓt esſe fre. qꝛ nullũ freqntatiñ deſinit in co. Sz in to. vel in ſo. vl' in ꝛo.

Uello lis. velli vel vulſi vulſũ. a. ti. eradicare carpere.

Uelo las. laui. a.p.i. tegere coopire obũbrare. Jñ ħ velamẽ. inis. Et ħ velamẽtum ti. et ħ velũ. li. monachaꝫ. ꝛ pd. ve. Unde Virgili⁹ enei. v. Cetera populea velatur fronde iuuentus.

Uendico cas. a.p.i. acqrere. Uel vẽdicare ẽ coꝛã iudice dicere vel intendẽ rem esſe ſuã vl' allegare. vt qñ q̃s dicit ſic. Hec res est mea. et idẽ est q̃d intentare. ſ. ad ħ ſolũ intendere. vt res declaretur ſua. ꝛ ſibi dominium applicetur.

Uẽdito tas. i. vendere cupio. freqnt vendo.

Uendo dis. didi. ditũ. a.t.i. venũdare vel rẽ ꝑ certo ꝑcio dare. vel rẽ ſuã alienã facere. ꝑcio valoꝛis eſtimati recepto vel recipiendo. ꝛ dꝛ a venũ ſup. ꝛ do das.

Uenefico cas. a.p.i. venenũ facere. ꝛ dꝛ a venenũ ꝛ facio. Jn venefic⁹ ca. cũ. pe. coꝛ. id est miſcẽs ꝛ faciẽs venenũ. Et hꝫ ħ venefex. cis in eodẽ ſenſu.

Ueneno nas. i. toxicare venenum facere. vl' veneno inficere. Jñ venenat⁹ ta. tũ. ꝛ venenari⁹. ria. riũ. q̃ facẽ venenũ. Uenenatũ ẽ in quo est mixtũ venenũ. vt potio. Uenenoſum ꝙ est in q̃ natũ est. vt herba. ſerpẽs.

Ueneo nis. niui. vl' venũ. ꝑ ſyncopã venũ. i. vendi. Unde. j. Loꝛ. x. dicit apl's. Omne q̃d in macello venit. i. vẽdit mãducate. Et ẽ ꝙbuꝫ neutrũ paſſiuũ. ſic ꝛ vapulo exulo ꝛ nubo. qꝛ hꝫ vocẽ neutri. ꝛ ſignificatõꝫ paſſiui. vt veneo a te. i. vendoꝛ. Et ꝓpoit ex venũ ꝛ eo. et ꝓducit ꝑmã. ſic venũ. Sz venio. is. coꝛ. ve. in pñti. Unde q̃dã. Let⁹ ſcurra venit ſua cautio est bñ venit. Idem. Cur miſer iſte venit niſi numis femina venit. Et vt dicit Priſtian⁹ in. x. li. Ueneo ſm analogiam venituꝫ deberet facere ſup. pro quo venum magis in vſu est.

Uenoꝛ aris. ꝙbũ cõe. i. adoꝛari honoꝛare vl' honoꝛari. decoꝛare vl' decoꝛari cũ veneratione. qꝛ ꝓpt pulcritudinẽ fit ſepe veneratio. ꝛ dꝛ a ven⁹. ꝛ coꝛ. pe. Unde. Quẽ venenoꝛ decoꝛo. quẽ pulcꝫ reddo decoꝛo.

VE

Venio nis.ni.tum.n.q.i.ꝑsus nos ire. Sz vadere a nob.ire q̄ libet. ꝛ cor.ve.in pñti.sz in ꝑterito eā.pō. Uñ. Jam venit hora veni mea tu venias ego veni. Venit aliqñ est impsonale.ꝛ req̄rit gtiū. ꝛ ptinet ad recordationē nō simplicit.sz exadiūcto. vt mihi venit in mentē lectōis quā dixit mgr̄.i.recor/dor. Simplr tñ non bñ dr̄ Platonis venit .i.recordor Platonis

Venor aris.d.q.q̄d sepe inuenit ꝑ illicere vel decipe.qz in venādo fere sepe decipiunt. Et pō.ve. Uñ Horat⁹ in epi. Flō ego vētose plebis suffragia venor.

Ventilo las.lauī.a.p.i.ad ventū dispergere ꝛ pycere exq̄rere excute iuestigare.ꝛ cor̄.ti. Uñ Juuenal⁹ in.j.li. Ventilet estiuū digitis sudentib⁹ aurꝫ.

Venūdo das. venūdedi. venūdare.i. vendere ꝛ dr̄ a venū ꝛ do.ꝛ cor.pe. venūdedi venūda revel venūdatū. Jñ venūdat⁹ ta.tum

Venusto stas.i.decorare decusare. Et ꝯponit Cōuenusto stas.deuenusto stas.i.valō venustare.vel venustatē auferre

Verbero ras.rauī.ratū.a.p.i.ꝑcutere flagellare.ꝛ cor.be.

Verboser aris.d.p.i.ꝑbose ꝛ multū loq̄.

Verecūdor aris.at⁹ sū.d.p.i.erubescere

Vereor reris.verit⁹ sū.d.s.i. verecūdari vl timere.ꝛ ꝑtie cum exhibitōe reuerentie. quia veroꝫ est vereri. Uereor componit Reuereor.ris.rit⁹ sum. Jnde reuerendus.da.dum. Et cor.ve. Uñ q̄dam. Cum dicit de se non se tñ esse verē

Vergito .tas.id est. frequenter vergere. Et cor.gi.

Vergo gis.ꝑsi ꝑsū.i.decliare vel infundē vel ꝑsare. Jñ ꝑgito tas.ꝛ ꝑso.sas.fre. Jtez vergo ꝯponit Cōuergo gis.uersi uersū.i. infūdere. Uergo ꝛ ei⁹ cōposita sūt actiua.sz sepe inueniant in absoluta ꝛ passiua sigtione. vt vergit.i.inclinat.

Vermiculo las.a.p.i.scaturire ad modum vermū effluere

Verno nas.nauī.n.p.i.clarere. splēdere. vel delectari florere.sicī vere.ꝛ dr̄ a vernus. Jñ vernās.tis.o.ge.ꝛ vernanter aduer. Et h̄ vernantia.tie.

Verrito tas.i.freq̄nt verrere.ꝛ cor.ri.

Verro rris.verri.ꝑsū.a.t.i. verrē trahē. vel tergere purgare radere scopere.

Versificor.aris.at⁹ sū.d.p.i.ꝑsus facere.ꝛ dr̄ a ꝑsus ꝛ facio. Jñ h̄ ꝑsificat⁹ tor.tis.ꝛ versificatr̄ia.rium Et h̄ ꝛ h̄ ꝑsificabil.ꝛ h̄ le.

Et versific⁹ ca.cū.ꝛ cor.pe.

Versito tas.i.freq̄nter versare.

Verso sas.i.freq̄nt verte. vl freq̄nt vergere. vel freq̄nt verrere. Hā est freq̄ntatiū ꝑdicto rū triū ꝑbor̄ q̄ faciūt supinū in ꝑsū.s.vergo gis.ꝑsi ꝑsū.verto tis.ꝑti.ꝑsū.verro rris.verri.ꝑsum. Uñ. Uerto facit versum. verro vergo q̄z versum.

Verto.tis.ti.sum.a.t.i.pmutare trāsmutare/ revoluere.

Vescor.ceris.vesci.d.t.i.comedē vl vti cibo. Et ꝯpōit Cōuescor scerris.euescor.scerris. ꝛ caret supino.ꝛ etiā suppletōe ꝑteriti.deberz tñ facere vescitū.pe.cor.

Vespero ras.i.vesperꝫ facere.ꝑbum excepte actiōis soli deo ꝯueniēs.ꝛ dr̄ a vespera. Jñ vesperasco cis.incho.i.vesp incipit.sero fit. Et ꝯpōit Aduespero as. Jñ aduesperasco scis.incho. Et sunt oīa ista ꝑba excepte actionis soli deo ꝯueniētia. Pōt etiā dici. dies aduesperat vel aduesperascit.i.tendit vl incipit tendere ad vesperaz. Et aduesperascit impsonaliter.id est, vespera appropinquare incipit.

Vestigio as.a.p.i. vestigiꝰ inquirere.et per syncopaz vestigo as.id est.inquirere.explorare.ꝛ dr̄ vestigare q̄i vestem agere. Et ꝯponit Jnuestigo gas.i.inq̄rere.ꝛ pō.sti. Unde Theodol⁹. Grecoꝫ ꝑm⁹ vestigat grāmata Ladmus

Vestio .stis.stiui.stitū.a.q.i.induere. Jnde h̄ vestit⁹.tus.tui. Et intelligit lat⁹ cult⁹ q̄z vestit⁹. Item habit⁹ ad naturam ptinet. cultus ad hoies. Item vestio componit Cōuestio stis.devestio stis.i. vestes auferre.et ē ꝯtrarium ad inuestire. Jnuestio.stis. Reuestio.stis.

Vetero ras.aui.n.p.i.antiquare.senere. Et est absolutum.licet inueniat transitiue positum.vt Veteraui capam meā.ꝛ dr̄ a vet⁹. Jñ veterasco cis.incho. Item vetero cōponit Conuetero ras.inuetero ras. Unde ps Inueteraui inter omēs inimicos meos Et cor.te. Item a vetero dr̄ veterat⁹ a.um.id ē. antiquus

Veto. as. vetui vetitū.a.p.i. phibe. A quo ꝯpōit Cueto.tas.deueto.tas.ꝛ cor.ve. Uñ Ouidi⁹ de reme. Quin etiā accēdas vitia irritalqz vetādo. Jnuenit etiā vetat⁹ ta.tum. Uñ Act. xvj. Uetati sunt a spūsancto loq̄ ꝑbū dei in Asia

Vexo as.aui.a.p.i.portare, molestare. turbare.ꝛ dr̄ a veho.his.

V ante V

Vibro bras. brauī. bratū. n. p. i. resplendere vel crispare ꝓcutere ad iaculandū. vel iaculari. sicut solem⁹ facere de minuta ꝗga. et ðr a vibix.

Vicino nas. n. p. i. more vicini se gerere. vel ꝓpinqre vel iūgere. Et ꝓpoīt Auicino nas. .i. disiūgere. aduicino nas. i. adiūgere. vl' ap ꝓpinquare. Vicino ꝓ iūgere ꝛ ei⁹ ꝓpositā ſm hanc significatiōem actiua sunt. Aliter neutra.

Victimo mas. n. p. i. sacrificare immolare

Victo tas. i. victū querere. Jñ victās antis oīs ge. i. victū querēs. ꝛ victito tas. freq. pe. cor. Pñt ista etiā esse freqntatiua de viuo viuis. Uñ Pap. di. Victātes viuētes

Video des. vidi visū. a. s. Videm⁹ natura. aspicim⁹ volūtate. intuemur cura. Et cor. vi in pñti. ſz in ꝑterito ꝛ supino eā pð. Uñ. Multi videre q̄ nō licuere videre.

Vido dis. a. t. i. videre. ꝛ ðr a video des. Uñ Cato. Hic vide ne rursus leuitaſ crimine damnes. Jn h̄ vsu non pt esse. Vide impatiuus secūde ꝓiugatōis. qr impatiu⁹ secunde ꝓiugatōis desinit in e. pdu. ſz hic de cor. Et ꝓpoīt Diuido is.

Vieo. es. eui. etū. n. s. i. vincire. largire. ꝛ ðr a vi. ꝛ eo. is. Et ꝓpoīt Auieo. es. i. alligare. valde ligare. Et est neutꝝ vieo solo defectu Nam ſm vsum nō hz ꝑteritū nec supinum. vñ est defectiuū verbū. licet ſm artez exigat ratio vieui. etū.

Vigeo. ges. vigui. i. esse in vigore vel hēvigorē. posse viuere. valere. roborare. fortē eē. Et videt descēdere a vireo. qr viridis et iuuenilis etas solet vigorē ꝓferre. Jñ vigentis. o. g. Et dicūt vigētes ꝗtute pleni. flori. di. q̄ vim agētes. ꝛ cor. vi. Uñ q̄dā. Doctrine pr̄ est vsus doctrina scolarſ. Intercisa perit. ꝓtinuata viget.

Vigilo las. lare. n. p. i. a somno abstinere vacare studere custodiā adhibere circūspicere. Jñ vigilās antſ. o. g. Jñ h̄ vigilantia. tie. et cor. gi.

Vileo. es. lui. n. s. i. esse vel fieri vilē. Jñ vilesco cis. incho. ꝛ caret supino. ꝛ pð. vi. Uñ Esop⁹ Flobilitat viles frons generosa dapes. Item Auian⁹. Scire suū vilet q̄ sapit atq̄ silet. Et scribit ꝑ vnum l. Sed villa. le. ꝑ duo l.

Villico. cas. licaui. n. p. vel ſm modernos poti⁹ i deponēti ge. villicor. carſ. i. ville curā gerere. ꝛ generalit oīm possessionū ꝛ familiariū rerū. Et villicare seu villicari. officiū villici exercere. Uñ Lu. xvi. Jam em̄ nō poteris villicare. ꝛ cor. li. ſm Hug. Prisſtian⁹ ꝗo dicit. A villic⁹ etiā villico vel villicor dicebāt antiq̄.

Vincio. cis. vinxi. ctū. a. q. i. ligare. Apð antiqs tñ inuenit vinciui. citū.

Vinco cis. ci. ctū. a. t. i. supare. victoriā hz̄e. Qꝛ autez dicit vincere quasi vi capere etymologia est.

Vinculor. aris. i. ligare. ꝛ ðr a vinculū.

Vindemio. as. a. p. i. vites putare. vel potiꝰ vuas a vinea auferre.

Vindico cas. aui. a. p. i. vlcisci. Sz differūt q̄a vindicat aliqs cū a piculo liberat. Ulcisci cū ille mala passus est. Uel vlciscor iniuriā factā. Vindico ne fiat. Jtē vindico illum q̄ iniuriā sustinuit Ulciscor illū q̄ intulit. i. punio. Et cor. di.

Vio. as. aui. i. iter facere. in via ire. ꝛ ðr a via Et ꝓpoīt Louio as. i. sil' viare. vel ꝑ viā aliquē ꝓducere. Deuio. as. i. errare. obuio. as. Uior ei⁹ ꝓposita neu. sunt. pter cōuio. q̄d ē actiuū ꝑ ꝓducere.

Violo as. laui. a. p. i. vim iferre. corrūpe ꝓtaminare. polluere. pcutere. ꝛ ðr a vis

Vireo. res. rui. n. s. i. esse vel fieri viridē. hz̄e viriditatem. Jñ viresco. scis. incho. et caret sup̄. ꝛ cor. vi. ſz he vires pð. vi. Uñ. Hō pbitate vires nisi sint animi tibi vires.

Virgino. nas. a. p. i. caste viuere. i ꝗginitate degere. more ꝗgis se hz̄e. Jtē ꝗgiare. ē fricare. ꝛ facere hmōi q̄ pñt fieri salua ꝗginitate. ꝛ ðr a ꝗgo. Et ꝓpoīt Deuirgino. nas. i. ꝗginitatez auferre. ꝛ cor. gi.

Virisso. sas. i. virilit agere. vel viriliter superare.

Viscero. ras. in simplici nō est i vsu. A quo ꝓpoīt Couiscero. ras. i. sil' in viscere aliq̄d ponere. deuiscero. ras. euiscero. ras. in eodē sensu. i. aliq̄d extra viscera ponere. Jnuiscero. ras. i. in viscere ponere. Et sunt actiua. et cor. sce.

Visco. as. a. p. i. visco implicare. visco aliq̄d cape. ꝛ ðr a visc⁹. ci.

Viso. sas. i. freqnter videre. A q̄ visito. tas. aliud freqn. i. freqnter visare.

Viso. is. si. ꝗbū desideratiuū. i. cū desiderio videre. Et deberet facere supinū in sitū. pð. sic facesso. sis. facessi. sitū. ſz nō est in vsu. Et formal visso. a visu sup̄. de video.

X

V

Vitio as.aui.a.p.i.corrumpe.qrvitia corrũ pũt.z ðr a vitiũ. Et ꝓpõit Conuitior.aris. Item deuitio.tias.i.valde vitiare.vel vitia vel mores malos auferre. Itẽ inuitio.tias. id est.valde vitiare. Reuitio as.id est.iterũ vitiare vel vitia auferre.

Vito.tas.taui.a.p.i.cauere. effugere.ꝺcꝺd ꝺ vitã est declinare.z ðr a vita. Jñ ꝟ z ꝟ vitabil'.z ꝟ le.z vitabund⁹ da.dũ. Et cõponit Deuito.tas.cuito.tas.i.valde vitare. inuito.tas.ꝙi nõ vitare.i.ad se trahe et allicere.z pdu.vi. Unde Ouidi⁹ de reme. Que nimis apparent retia vitat auis. Itẽ. Ut tibi sit vita ꝑ posse picula vita. Itẽ vitto.tas.i. vitta ornare.z tũc ðr a vitta.te.ꝑ infula.

Vitulo.lar.i.letari voce.z ðr a vitula q̃daz dea.scz leticie vel victorie Item vitulor ar. id est.cum vitula cantare.z tunc dicit a vitula quodam instrumento musico.

Vitupero as.i.invitam alicui⁹ aliq̃d turpe parare.ꝺtumelijs afficere.aliq̃d turpe obꝺcere.z ðr a vita.z paro.as. Jñ ꝟ z ꝟ vitupabilis.z ꝟ le. Et vitupabiliter aduer. Et hoc vituperiũ.z vituperosus.sa.sum.

Viuo uis.xi.ctũ.n.t.ðr a vireo.res. Jñ viuus.ua.uũ.z pdu.vi. Unꝺ. Uiuo facit vixi vici vinco.vincio vinxi.

V ante I

Vlcero ras.raui.a.p.i.vulnerare. vlcus facere. vlceribꝰ iplere.z ðr ab vlcus. Et componit. Deulcero.ras.i. valde vel deorsuz vlcerare. vel vlcera auferre. Exulcero.ras.in eodem sensu.z cor.ce.

Vlciscor scer.vltus sum.ꝺ.t.i.punire.vl' vindicare. Jñ ꝟ vltor.toris.z ꝟ vltrix.cis.

Vlno.nas.a.p.i.vlna mensurare.

Vlulo las.aui.n.p.i.flere.vl' fortiꝰ clamare. vlulatum facere.z est lupor z feminarũ Jñ ꝟ vlulat⁹.i.lamentũ.meror.flet⁹.et vlula. le. q̃dã auis q̃ flere videt. Ululo scribit ꝑ vnũ.l z cor.ꝑmã z penl'. Uñ ouidi⁹ epi. Pronuba cteſiphone thalamis vlulauit in illis.

Umbro as.aui.a.p.i.obscurare. cooperire. Et ꝓpoit Adumbro.bras.i.valde vmbrare. Jnumbro.bras.i. ꝺ vel valde vmbrare. Obumbro.bras.i.vndiq; vmbrare.

V ante N

Uncio.as.a.p.i.vncia vel vncijs mensurare.z dicitur ab vncia.

Uncio.cis.cire.a.q.i.alligare.vnco capere. z dicitur ab vncus.

Unco.cas.caui.a.p.i.curuare. Et compõit Abunco.cas.aduncо.cas.redunco.as.subunco.cas.i.postvel paꝛ vncare.

Uncto.tas.freq̃ntatiũ ab vnguo. A q̃ vnctito.tas.aliud freq̃ntatiuum

Undo.das.daui.n.p.nõ est in vsu.sed ab eo ꝓpoit Abundo.das.crundo.das. inundo. das.redũdo.das.z pꝺ.pe.vndabit.vndabam.vndare.z ꝺ similia. Uel fm q̃sdam pꝺicta ꝟba componũt ab vnda.z prepositõibꝰ Et est vndare.abundare. bullire in cumulos surgere.

Unguo.gis.xi.ctum.a.t. Jñ vnct⁹.ta.tum. Et ꝓpoit Adungo.gis.inungo.gs. pungo gis. Et vnguo in ꝑma ꝑsona habet. u. post g.sz in alijs non.

Unifico cas.caui.i.vnũ facere.vnire.

Unio nis.nui.z vno.as.aui.i.ꝓgregare.cõiũgere. Sed vnare.i.ꝓgregare.ita vt ex congregatꝫ nõ efficiat vnum. Sed vnire est ita ꝺiungere vel ꝓgregare q; ex ꝺiunctis efficiatur vnũ.q̃i vnum ex duobꝰ vel pluribꝰ facere. Et componit Adunio.nis.counio.nis. Et similiter componit Aduno.nas.counonas. Unio z vno actiua sunt cum suis compositis.z pdu.u.

V ante D

Uo.vis.vi.vere.i.humere. vel potiꝰ madefacere.z ðr ab vua.et est u.vocalis i vo.vis. z nõ est in vsu. Et inde fm q̃sdam interposita b.cõponit cũ in.z ðr imbuo.imbuis. Et cum con.vt combuo.buis.

Uocifer or.aris.atus sum.ꝺ.p.i.clamare vocem feram emittere. Et ponit quãdoq; simpliciter pro loqui. Jñ vociferans.tis.ge.o. z cor.fe.

Uocito.tas.id est.frequenter vocare.et ꝺcitur a voco. Unde. Plena dolis multꝫ vocitat subdola vulpes.

Uoco.cas.caui.a.p.i.appellare.noiare. clamare. Et componit Aduoco.cas.id est. ad se vocare. Conuoco.cas.id est. simul cum alio vocare. Euoco.cas.i.extra vocare. invoco.cas.i.in auxiliũ vocare. Aduocat patrocinũ datur⁹. Jnuocat pstitur⁹ auxiliuz. Euocat pstitur⁹ obsequiũ. Prouoco. cas.i. irritare.porro vocare. Reuoco.cas. Seuoco.cas.i.seorsum vocare.z cor.vo.

Uolito.tas.i.freq̃nter volare.

Uolo.las.n.p.est q̃i volas mouere.z ꝺcit a vola. q̃d est media ps alarum in auibus.et cor. vo. Unde Facet⁹. Nam cito sepe ruit

q̄ supra astra volat.
Uolo.vis.vult. Et est volo min⁹ q̄ opto.et opto min⁹ q̄ cupio. Et cōponit̄ Malo mauis.mauult. Nolo.nōuis.nōuult. Uolo et ei⁹ cōposita neu.sunt ⁊ irregularia.⁊ carent supinis.⁊ faciūt p̄teritū in lui.⁊ carent imperatiuis.p̄ter nolo q̄d hz noli ⁊ nolite. Et cor.p̄mā volo.sz pdu.eā nolo. Uñ. Longet̄ nolo.sed breuiat̄ o volo. Et Juuenal'. Sic volo.sic iubeo sit p ratione volūtas.
Uoluo.uis.lui.a.t.i.girare vl' circūdare.
Uoluto.tas.i.freqnt̄ voluere.⁊ pdu.lu.
Uomo.mis.mui.mitū.n.t.i.emitte cibū acceptū.vel aliud p os.
Uoro.ras.raui.a.p.i.destruere vel ꝯsumere edendo vel bibendo.supflue bona sua dissipare. Jñ vorax.acs.o.ge.⁊ h̄ vorago.inis.i. edacitas.gulositas. Item a voro dr̄ h̄ vorator.h̄ voratrix.⁊ cor.p̄mā voro. Uñ in Aurora. Quos ꝓpe fornacē sentit adesse vorat
Uoso.as.dr̄ a vos.sic̄ tuo.tuas.a tu. Unde Unū vosam⁹ falso vereq̄ tuam⁹.
Uoto.tas.i.freqnter vouere. A quo votito.tas.aliud fre.
Uoueo.es.voui.votū.a.s.i.spōte ꝓmittere destinare. Et cōponit̄ Cōuoueo ues.deuoueo.ues.i.valde vel deorsū vouere.vel maledicere.execrari. Reuoueo.ues.i.iterꝫ vouere.⁊ cor.vo. Uñ Juuenalis in.iiij. Alter vero si comedas mactare vouebat.

W ante R uel S

Urgeo.es.vrsi.vrsū.a.s.i.stringere coercere stimulare. Jñ vrgesco.scis.incho.
Urino.nas.id ē.vrinam facere.mingere.et pdu.ri.
Uro.ris.vssi.vstū.a.t.i.incendere.cōburere ⁊ pdu.u. Uñ Orati⁹ in epl'a. Nec furtū feci nec fugi si mihi dicat. Seru⁹ hz p̄ciū loris nō vreris aio
Usito.as.aui.atū.i.in vsu h̄re Jñ vsitat⁹ ta.tū.⁊ p cōpositōem inusitat⁹.ta.tū.
Ustrino.nas.i.cōburere.⁊ dr̄ ab vstrina.
Ustulo.as.a.p.i.vrere.incendere. Et dr̄ ab vro.ris.⁊ cor.stu.
Usucapio.pis.i.vsu vel ꝯsuetudine rei dominiū acq̄rere. Et ꝯpōit̄ ab vsus ⁊ capio.⁊ acuit̄ ca.licet sit breuis. Et vsucapio aliud est p compositōem.⁊ aliud sine cōpositōne. qꝛ p cōpositionē ptinet ad q̄ddā ius. Sed sine cōpositione ptinet ad quēcūq̄ capiēdi vsum.
Usuro.ras.n.p.i.vsuram facere.vel ad vsuram dare ſm Hug.
Usurpo.pas.a.p.i.ꝯ vsum rape.siue in vsu h̄re.vel illicite vti. Et dr̄ ab vtor. vl' vsus et rapio. Uel vsurpare est cōtra rationem ius vsum vel ꝯsuetudinem capere.inuadere vel p̄sumere.
Utor.eris.vsus sum.d.t.i. vsum alicuius rei habere.potiri. Jñ h̄ ⁊ h̄ vsualis.⁊ hoc le. Et vsualiter aduer. Et hec vsualitas tatis. Item vtor componit̄ Abutor.teris.id est. valde vel contra ratōez vti. Coutor.eris.i. simul vti.⁊ producit.u. Unde Oratius in epi. Quo mihi fortuna est si non concedi tur vti.
Uueo.es.vui.id est.humere vel pinguescere.⁊ dicitur ab vua. Jnde vuesco.scis.inchoatiuum.
Uuido.das.id est. vuidum vel humidum facere.
Uulgo.gas.a.p.i.vulgo publicare.et dicit̄ a vulgus. Et componit̄ Diuulgo.gas.i.diuersis modis vulgare. Peruulgo.as.id est pfecte vulgare.
Uulnero ras.a.p.i.sauciare. vulnus facere Et componit̄ Cōuulnero.ras. Et corr̄.pe. Unde Pamphil⁹. Uulneror et clausū porto sub pectore telum.
Uxoro.ras.i.vxori ꝯiūgere.

Z ante E

Zelotypo.pas.n.p.id est. inuidere. vel suspitionem habere. et dicitur a zelotypus. Et potest poni trāsitiue.vt Jste zelotypat vxorem suam.i.hz suspitōnem de ea.
Zelo.as.aui.a.p.i.amare. vel inuidere.vel emulari.siue sequi p inuidiam. siue p amorem. Unde Psalmista. Zelaui sup iniquos pacem peccatoꝝ videns. Et zelor.zelaris. d.p.in eodem sensu. scz amare vel inuidere. vel emulari.siue sequi p inuidiam. siue per amorem. Unde.iij. Reg. xix. dixit Helias. Zelo zelatus sum.

Finit secunda pars huius vocabularij. videlicet de verbis.

De A



Cum de nominib⁹ ac v̄bis ceterisq̄ declinabilib⁹ partibus duplici alphabeto satis cōmode tractaueri⁹. visum est ꝑ q̄ utile fore. si partes q̄z indecliabiles nō minori cura expediremus. Aduerbia videlicet p̄positiones. ꝯiūctiones. ⁊ interiectiones. quas q̄dem ꝑtes ita vt sup̄ fecimus itidem in ordinē alphabeti redigim⁹. vt earū facilior fiat inquisitio.

De A

A Prepositio est ⁊ interiectio ⁊ nom̄. Prepositio. vt A summo ad imū. Interiectio. Unde Uirgilius in bucol. A tibi ne teneras. glacies secet aspera plantas. Et nos possumus addere illud Hieremie vbi A est interiectio dolentꝭ. videlicet A. a. a. dñe de⁹. ecce nescio loq̄. Itez nomen est ipsius lr̄e.

A. ab. abs. e. ex. eandē vere significatōez habent. nam dispositōes. locales. temporales et ordinales sig̃nt. Sed in hoc differūt. q̄a a. e. consonante sequente. plerūq̄ p̄ponunt̄. Ab vero ⁊ ex. vocali. et alijs non aspis consonantibus. Abs autem. c. q. t. sequentib⁹. preponitur tam in appositione q̄ in compositione.

Ab p̄positio. omnib⁹ in compositione p̄ponitur lr̄is absq̄. c. vel. q. vel. t. Unde. Ab si componis elementa queq̄ sequunt̄. c. q. t. tm̄ simul he tres excipiunt̄.

Abgregatim. i. dispersim.

Abiecte. aduerbium. id est. viliter. contemptibiliter.

Abintestato. aduer. id est. sine testamento. vt Iste mortuus est abintestato. id est. sine testamento.

Abusiue aduer. qualitatꝭ. i. improp̄e. q̄d ab vsu recedit s̄m Pap̄.

Accentuatim aduer. i. ꝑ accent⁹

Acceleranter. i. festinant̄. velocit̄. cito.

Accurate. aduer. id est. diligenter. studiose. curialiter

Acriter aduer. i. fortiter. crudeliter.

Acidiose. i. tediose. moleste. triste.

Ac. atq̄. ⁊ etq̄. idem sunt

Acsi. i. tanq̄. vt Ille est dispositus acsi vellet mori.

Acten⁹ aduer. i. bucusq̄. vsq̄ nūc. Et componit̄ ex ac aduerbio. ⁊ tenus. et caret aspiratiōe. ⁊ cor. pe. Qñ aūt sunt due ꝑtes aspirat̄. ⁊ acuit̄ te.

Acutim aduer. i. acute.

Ad. est p̄positio. ⁊ sig̃t diuersas circūstātias. Qñq̄ notat circūstātiā localē. vt Uado ad eccl̄am. Qñq̄ temporalem. vt ad pasca. Qñq̄ ꝑsonalem. vt Uenio ad te. Qñq̄ numeralez. vt Ille expendit denarios vsq̄ ad vnū. Qñq̄ ꝓximitatem. et tunc ponitur ꝓ iuxta. Qñq̄ causalem. vt cū d̄r. Ad quid venisti. Item notat similitudinis circūstantiam. vt Nos habet ad porcos. i. ad similitudinē porcoꝝ. Item sig̃t circūstantiā cause finalis. ⁊ tūc est idem q̄d ꝓpter. vt Ille pugnat ad palmā. i. ꝓpter palmā. i. ꝓpter victoriam. Item ponitur ꝓ ꝯtra. vt ibi. Ferit ad petrā coqu⁹ ollam. i. ꝯtra petram. Item ponitur ꝓ sup̄. vt ad ripam iordanis. Itē ponitur ꝓ ꝓpe. vt Hic iacet ad portam. i. prope. Et nota q̄ ad p̄positio seq̄ntib⁹ his nouem lr̄is in compositione mutat d. in illas. scz. c. f. g. l. n. p. r. s. t. Uñ. Cor. fla. grans. lenis. pir. ra. sal. ta. ad sibi mutat. Tollit̄ inde tm̄ si seq̄t̄ ꝯsona post. s.

Adeo aduer. pe. corr̄. Unde Grecism⁹. Dic adeo tm̄. dicas adeo quoq̄ certe. Affirmatiue quoq̄ dicas et quantitatiue. Papias vero dicit. Adeo. id est. valde. intantum. p̄terea. certe

Adhuc. aduer. in locutione affirmatiua notat continuationē preteriti status. et p̄uat durationem. vt Petrus est albus adhuc. id est. ante hoc tempus fuit albus. ⁊ non est in albedine duratiuus. Qñq̄ vero ponitur in locutione negatiua. ⁊ notat remotōez p̄sentis stat⁹. ⁊ ponit futuꝝ esse. vt Antichristus non est adhuc. sed erit in futuro. ⁊ sic ponit̄ expectatiue.

Admodū aduer. pe. cor. i. valde. Et nota q̄ p̄positio cuz casuali loco aduerbij repit̄. vt admodū amodo.

Aduersus ⁊ aduersū. ponūt̄ ꝓ aduerbijs q̄litatis vel loci. vt aduersus vel aduersū illū Et ponūt̄ indifferenter.

Adusq̄ tribus modis exponit̄. p̄mo. i. sepe. vt feci hoc adusq̄. id est. sepe. secundo est determinatiuū tempis. ⁊ tūc idez est q̄d donec vt Expectauit. adusq̄ feci. i. donec. Tertio determinat locuz. vt Uolo currere adusq̄. id est. ad istū locū.

Affabre. i. valde caute. ingeniose.

Affatin. i. abunde. largi⁹. aduer. intentiuū.

De A

ꝛ cor.sa. Et ōr ab a fatos ſm Pap̃.ꝛ ſcribit̃ p n.ꝛ vnū f.ꝛ acuit̃ in fine. Inuenit̃ etiã affatim pe.acuta.ꝛ ſcribit̃ p m.ꝛ geminū ff.ꝛ nō acuit̃ vltima.ꝛ ōr ab affatus.ta.tum. licꝫ regulari⁹ eſſet affatuatim.ꝛ tantū valet q̃ntuꝫ facunde. Unde in Brecilmo ōr. Si dicas afatin tibi ſigbit abunde. Dicas affatim facunde ſignificabit. Eſt afatos p̃mi caput. affatuſcꝫ ſecūdi.

Affectuoſe.ſius.ſime.aduer.i.cupide.deſideranter.

Affozis.aduer.loci.pe.coz.ſigt de loco ꝛ in loco. Et compōit̃ ex ad.ꝛ foris.

Age aduer.hortantis ſm Papiam. Uel p̃t eſſe verbū.i.dic.fac.incipe. Et ſcias q̃ age ꝛ agite non diſcernūt numerū quando ſunt aduerbia. ſed indifferenter ōr agite vni vel pluribus.

Ageratim.i. cumulatim.augmẽtatim.

Aggeſtim.aduer.i.cumulatim. adunatim. Unde.ij.Mach.xiij. Aggeſtim vndiq̃ babens cineris.

Agiliter.i.velociter.cito.mobiliter.

Alias.i.in alio tempoze.aduerb.temporis. Uel alias.id eſt.in alio loco. aduerbium loci. Uel alias.id eſt.aliter. aduerbium qualitatis.

Alibi.i.in alio loco.aduer.loci.

Alicubi.aduer.locale.ꝛ ſigt in loco. Et cōponit̃ ab ali⁹.ꝛ vbi.interpoſita c.deberet ei dici alibi. Et vt dicit Pap̃.Alicubi.id eſt vſpiã in alio loco

Alicũde.aduer.loci.i.de aliq̃ parte.

Alio aduer.loci.ab ali⁹.ꝛ acuit̃ in fine

Alioq̃n.i.aliter.aduerb.qualitatiũ.ꝛ ōr ab ali⁹.ꝛ q̃n.ſm Hug.Pap̃.dicit. Alioq̃n q̃ ſi minus.q̃ ſi non. vel aliter. ſi alio modo feceris coniunctio rōnalis.vel collectiua.ita dicit Pap̃.et pdu.pe. Unde Horatius in.v. ſermonū. Quod mechus ferret aut ſi carius aut alioq̃n.

Aliorſum aduer.loci. ſigt ad locū.i. verſus aliam ptem.ꝛ ōr ab alio aduer.ꝛ verſus vel orſum.

Aliquãdiu.i.aliquãtiſp.ꝛ ꝓpōit̃ ab aliq̃ntū ꝛ diu ſm Hug.

Aliq̃n aduer.tpis.i.interdū.ꝛ ōr ab alius ꝛ q̃n.ꝛ acuit̃ li.ꝫ penl̃.ſit lōga.

Aliquãtiſp.i.aliq̃ntulū ſm Hug.Pap̃.aũt dicit Aliquãtiſper.i. aliq̃diu p aliq̃ntuluꝫ tempis.

Aliquo ſm antiquos eſt aduerbium loci.et accentuatur in fine. Uel ſm alios iſte abla/tiuus quo ponitur aduerbialiter.et ſigt ad locum.

Aliq̃tiens aduer.numeri.i.ſepe.

Aliquorſum.i.verſus aliquã ptem.

Aliunde.i.de alio loco

Alterne et alternatim aduer.i. vicisſitudinarie.

Alterutrū aduer.i.mutuo. Unde Jacobi.v. Confitemini alterutrū. Inuenit̃ etiam alterutrim in eodẽ ſenſu

Altrinſec⁹.pe.coz.i.aliter.ꝛ altrinſec⁹.i. ecõtrario.vtrūq̃. Uñ Prudẽti⁹ i hymno. Reſpõdet ille altrinſec⁹. Uel ſm Pap̃.Altrinſecus.dextra leuaq̃ alterutrū. Unde Heñ. xv. Et vtraſq̃ ptes contra ſe altrinſec⁹ poſuit.

Amaricoſe.amare.idem.

Am.ꝓpoſitio ſemper inuenitur in compoſitione.

Amatim.i.amanter.diligenter.

Amodo.i.deinceps.

Amphi.greca ꝓpoſitio. latine ōr circuꝫ vel dubium.

Amplexim aduer.i.coniũctim.

Ana grece.ſurſum latine. Eſt aũt ſm Pap̃. interiectio deprecantis.ꝛ accentuat̃ in fine

Ana etiam ōr re. Inde anapeſtus.pes metricus.quaſi repcuſſus.

Angenter.i.ꝓſtringenter

Anicuioſe.i.ridiculoſe.fabuloſe.

Annuatim aduer.i.ſingulis annis

Ante aduer.eſt ꝛ ſigt locum et tempus

Antea aduer.tpis.ꝛ ſolũ tps ſigt.

Anti.i.contra.

Antiq⁹ aduer.i.ab antiq̃.olim.quondã.

Antonomaſice.i.excellenter.

Anxiatim ꝛ anxie aduerbia.i.triſte.

Apage ꝛ apagite.vident̃ aduerbia magꝭ q̃ verba.niſi quia vident̃ diſcretionẽ numerorum hꝫe.q̃ apage.i.recede. vade.ad vnum refertur. Apagite.id eſt.recedite.vadite.ad plures refert̃. ſed hoc forte nõ contingit ex vi aduerbij.ſed ex vi verborum quã habent in ſe.

Apageſis.id eſt.ſta in pace.vel habeas pacem aduerbium comicũ. Unde Terentius Obſecro mi homo apageſis. Pap̃.ꝓ dicit Apageſis.i.recede. ſis ſanus.ſis pacific⁹. id eſt.race.

Aperte.tius.tiſſime.id eſt.manifeſte.

Apoſtatice.i.puerſe. ꝑuaricant̃. ꝑuaricoſe.

Aprime aduerbium.id eſt.valde.

Apud.id eſt.circa.et debet ſcribi per.d.

De B et L

Arcuatim aduer. i. curuatim. cameratim.
Argutim. z argute. aduer. i. diserte. efficaciter.
Arreptim. i. raptim
Arroganter. tius. tissime. aduer. i. superbe.
Artice. i. artificiose. igeniose.
Artuatim. aduer. id est. membratim.
Arte. tius. sime. z artim. aduer. i. strictim
Asciatim. aduer. i. dolatim. cesim. carptim. diuisim.
Assidue. i. frequenter.
Aspere. rius. asperrime. aduerbium. i. dure. truculenter.
Ast. id est. sed.
At cōtra due ptes sunt
Atrociter. id ē. crudeliter
Attamen coniunctio. i. sed. et cor. ta. Unde Ouidius. Nil mihi rescribas. attamen ipse veni.
Attat. iteriectio timēt; vel expauescentis
Atvbi due dictōes sunt. et duob; accentib; regende. Uñ ad Gal. iiij. At vbi venit plenitudo tpis misit de⁹. zc. i. sz postq̄. Aliqñ tñ at vbi z astubi. est q̄dā irregularis vocuz ꝯgeries non ꝓprie cōpositio. sed fungit loco vni⁹ dictionis z tūc sub vno accentu ꝓferē. et grauatur penl.
Atq̄. idem est q̄d et. et qñq̄ ponit pro q̄.
Atqui. i. certe. z est q̄dam irregularis cōgeries vocū. Unde Boeti⁹ in. ij. de ꝯsolatōne Atqui viget incolumis. Atqui. i. certe.
Auctim. id est. crescēter
Audaciter z audacter. aduer. i. fortiter.
Auide. dius. dissime. aduer. id est. cupide.
Auspicato. aduer. id est. oportune. omnino Unde Terentius in andria. Baud auspicato huc me appuli.
Austere vel austeriter. id est. aspere. dure.
Acut p t. coniunctio. id est. vel. Sed haud p d. aduer. negandi.
Autem ꝯiūctio. i. sed.

De B

Basilice. i. inuicte. fortiē.
Bene. aduer. q̄litatis.
Benigne. aduer. i. gtuite.
Bis. aduer. numeri sumptum est anomale a duobus.
Bifarie. id est. in duobus modis. vel i duabus partibus.
Blande. i. adulatorie. leniter. dulciter.

De L

Calculatim aduerb. id est. numeratim.
Callide. p duo l. aduerbium. id est. astute.
Candide aduerbium. id est. splendide.
Carptim. aduer. i. spsim. distinctim. diuisim
Caste. sti⁹. sime. aduer. i. pure. incorrupte
Cata. ꝓpositio greca est. z qñq̄ tñ valet q̄ntū trans. vt Catagpho. i. transcribo. Qñq̄ tñ q̄ntū p. vt Cata antifrasim. i. p antifrasim. Qñq̄ tantū q̄tū supra. vl' iuxta. vt Cata Mattheū. i. iuxta vel supra mattheum. Et ponit pro breui etiā. vt in catalog⁹.
Cateruatim. aduer. i. multiplicit vl' gregatim. vl' p cateruas. vl' de caterua in caterua.
Catholice. id est. vniuersaliter vel cōiter
Cauponatim. aduer. i. fraudatim. admixti. vel adulteratim. vel alternatim
Caute vel cautim. aduer. id est. callide. astute. vel secure. prudenter.
Celebriter aduerbium. id est. solenniter.
Celitus aduerbiū loci. pe. cor. id est. de celo vel deo. vel diuinitus. vt Gabriel missus ē celit⁹. id est. a celo. vel deo. vel diuinitus.
Celse. id est. sublime vel alte.
Centies. aduerbium. id est. centum vicib;
Cenose aduer. i. fetide. lutulenter. bircose
Ceruicose. id est. arroganter. superbe.
Certe. aduer. affirmandi. id est. q̄nimo.
Censim. aduer. i. diuisim. artuatim. z dicit a cedo. is. cecidi. fm Hug. Pap. vero dicit. Cesim p cedes. qūo vicissim. p vices. quasi limate vel dolate vel gradatim.
Cessim. aduer. id est. cedendo. vl' gradatim.
Ceterum. coniūctio aduersatiua. tantū valet quantū sed. Uñ Prosper. Ceterq̄ iniqu⁹ ignorat se puniri. Uel ceterum. id est. nam.
Ceu. aduerbium similitudinis. sicut quasi quēadmodū tanq̄.
Cictim. aduer. i. strictim. ꝓsertim
Circū z circa dicunt a circ⁹. Circa refertur ad locū z ad temp⁹. Uñ temporalit inuenitur. vt Circa viginti annos. Et localit. vt Circa eccl'az. Circū ꝓ tñ est locale. quasi vndiq̄. vt Circū montē. Circa p ꝓpositōz vel pot⁹ p q̄ndam irregularitatem iūgitur cum istis. Quo circa p ꝓiūctione causali vl' illatiua. Circū circa. pro aduerbio loci. Et similiter circūquaq̄.
Circiter ꝺr a circ⁹. z refert ad numerq̄ et ad tēp⁹. Et est tñ tempale respectu numeri. vt Circiter viginti annos. Circiter nonas decembris. Licet qñq̄ inueniat et locale. sed īpropr̄ie. vt in Salustio. Depssus humi circiter viginti pedes. sz ꝺ ñ fit nisi ꝓpt nūerq̄.

De L

Circũ.aduer.est.7 qñq̃ ꝓpositio ꝫm Donatũ.7 seruit actõ casui.et ẽ tm̃ locale.vide.s.i circa.Et nota q̃ circũ qñ ꝓpõit cũ dictõe incipiente a vocali.m.dz scribi sz nõ pferri.vt Circũago.circũamict⁹.circũeo.circũitus. Uñ.Circũ ꝓposita vocal'.sic comitet.Ꝺ. nõ pfert.sz sola figura tenet.

Circũquaq̃.i.ex omni pte.vndiq̃.

Circũspȝtorie aduer.i.callide.versute.surreptiue.

Circũspȝte aduer.i.argute.caute vel stricte

Circũspecte.idem.

Cis.aduer.loci.i.ex ista pte. Uñ cis.7 citra sũt eiusdẽ sigtõis.nisi q̃ cis ẽ tm̃ locale.sed citra qñq̃ tpale.qñq̃ locale.vt Citra definitũ tps. Itẽ cis ꝓprie ꝓpõit ꝓpꝫs nomiꝫ mõtiũ 7 fluuioꝝ.vt Cis rhenũ.Cis alpes. Sz citra ꝓprie appellatiuis noiꝫ locoꝝ.vt Citra foꝝ Sz qñq̃ p ipropꝛietatẽ cis ꝓponit appellatiuis.citra ꝓpꝫs. Et citra cõpar citeriꝝ.terriꝫ.vl' citim⁹ Et ẽ citerior idez q̃diterior ꝓpe ex ista pte. Sz citim⁹.i. pri⁹ Itẽ a citra ꝺr citer.tra.trũ.i. vicin⁹ ꝓtimus ex hac pte q̃ ꝑt esse positiu⁹ istoꝝ.i.citerioꝝ citerri⁹ Uñ.Cis ꝓpiũ sepe.citra cõe reqrit.

Citate.ti⁹.sime.7 citatim aduer.i.cito.mobiliter.agiliter.

Cite.ti⁹.sime.aduer.i.agiliter.velociter.vi(uaciter

Cito aduer.i.statim.

Clam.aduer.q̃litaz.i.occulte.latenter.

Clamdestine.i.secrete.latenter.tacite.

Clare.ri⁹.sime.aduer.i.splendide.

Coactim aduer.i.vrgẽt.violẽt.Coacte idẽ

Coercibilit.aduer.i.ꝺstrictim.

Collatiue aduer.ꝺferẽdi. Uñ Pristian⁹ ꝺr agere de lra collatiue.vbi ostendit q̃ lra cui lre ꝺfert ad ꝺstitutõem syllabe.

Comatice.i.compẽdiose.breuiter

Comedice.i.delectabiliter.

Comiter.ti⁹.sime.aduer.i.curialit. facete.

Comin⁹ aduer.i.iuxta.sine itermissiõe.statim.fere.i prti.sil'.ꝓpe.de pꝛio.Cui ꝺriũ est emin⁹.Cõmi⁹ cũ duaby.m.scribit ꝫm Pap. Et ꝓpõit ex cõ.7 min⁹. Et sic ꝺr in Brecil. Emin⁹ ad lõge.sz cõmin⁹ ad ꝓpe spectat

Comode.di⁹.sime.aduer.i.pficue.vtiliter. mansuete.

Cõiter.i.generalit.pluralit.oifarie.

Cõpendiose aduer.i. breuit. vel vtiliter .vt Iste loqt cõpẽdiose.i.breuit 7 vtiliter.

Cõpetent.ti⁹.sime.i.ꝺuenient.ꝺgrue

Cõpletim.i.ꝺiunctim.

Compte.ti⁹.sime.i.ornate.polite.

Con.ꝓpositio scribit p o.7 n.7 nũq̃ inuenitur in appositõe.sz in cõpositõe tm̃.sicut dicis.re.se.an. Et mutat q̃q̃ n.in.m. maꝛie seq̃nte b.vt cõburo.m.vt cõmitto.p.vt cõpono. Itẽ cõ i ꝓpositõe q̃q̃ pdit.n.seq̃nte vocali.vt coeo.cois.causa euphonie.

Cõcito.i.ꝺfesti.moꝛ.ptin⁹.ilico.statim

Cõcorditer aduer.i.vnanimit.vno corde

Cõcretim.i.coagulatim.ꝺglobatim

Cõditionalit aduer.i.sub ꝺditõe.

Confestim aduer.q̃i cũ festo.a cõ.7 festũ q̃d est lignũ.ad q̃d tigna festinãt. Sic ei tigna festinãt vt sint cũ festo.ita 7 nos festinã⁹.vt q̃d facere volum⁹ sine iterualloꝫ sit cõfestim. q̃si stati cũ ꝑsentia ꝑtereũtꝫ rei vel tpis. Uel ꝺfestim ꝺpõit a cõ.7 festino.nas.vel a con.7 statim.sz ꝑus dictũ veri⁹ est

Cõfident.ti⁹.sime.i.audacter vl' ꝑsumptiue.7 pt accipi in bono 7 in malo.

Cõgestim aduer.i.accumulatim.

Cõglobatim aduer.i.spissiz vl' accumulati

Cõgrue 7 ꝺgruent aduer.i.ꝺuenient.

Cõiecturalit aduer.i.opinatiue.

Cõstant.ti⁹.sime.i.pseueranter.

Cõsulte.i.sapienter.vel cũ ꝺsilio.

Cõtinuatim.i.ꝺiũctim.iugiter

Cõtinue aduer. p q̃ sepe ponit ꝺtinuo.i. cõtinuatim. vel statim

Cõtumacit.ti⁹.sime.aduer.i.supbe.repugnanter.negligent.ꝓptibiliter.

Copulatim aduer.i.ꝺiunctim.

Corã.ꝓpositio.seruit abltõ.vt Coram deo placet hũilitas. Itẽ est aduer. q̃litaz.idem q̃d manifeste.vel patent vel apte.vt Nobis in theatro moꝛatiby q̃dã coꝛã surrexit. 7 locut⁹ est.i.patent.euidenter.aperte. Et dicit a coꝛ.7 am.p apostrophaz.q̃d em̃ fit coram. ante coꝛ fit.7 pdu.ꝑmã. Uñ in Aurora Loꝛã lãguoꝛis ꝓpulit omẽ gen⁹

Cordate.i.sapiẽter.ꝺuenient.honeste.

Cordicit⁹ aduer.pe.coꝛ.i.cordeten⁹. Unde Sidon⁹. Prudẽtiby inq̃t cordicit⁹ ilitũ est

Cordintime.i.ex toto corde.

Cras.aduer.tpis.7 ptinet ad futuꝝ tps

Crebre.crebri⁹.creberrime.aduer.i.sepe.

Crebro.i.freq̃nter.aduer. ꝑõt et esse nomẽ 7 tũc est abltus h⁹ nois creber.ra.rũ.

Criminose.si⁹.sime.i.flagitiose

Crudelit.li⁹.sime.aduer.i.seuit. malignant

Cũ ꝓpositio.abltõ casui ꝺuit.7 scribit p.u. 7 m.7 venit solũ p appositõez. Et lz in q̃cũq̃z cuiuscũq̃.cũ veniat p ꝺpositõez. h tn ẽ virtute h⁹ ꝺiũctõis.q̃.

tpis. vt Cū ꝓ qñ. Inuenit con. ꝑ o. ⁊ n. ⁊ ve
nit tm̄ ꝑ cōpositōem.
Cumulatim. aduer. i. ꝯgestim
Cuntatim. aduer. i. dubitanter. vl' morāter
vel oīno. siue omni modo
Cupide. di⁹. dissime. aduer. i. auare.
Cur. aduer. i. q̄ꝫobrē. quare. ⁊ est īterrogati/
uum ⁊ relatiuū.
Curialiter. li⁹. sime. aduer. i. facete. morige/
Curiatim. aduer. i. de curia in curiā (rate
vel curiatim. i. curialiter.
Curiose. si⁹. sime. i. facete
Cursim. aduer. i. cursibiliter. cito. velociter
festinanter. repente.

De D

Dapatice. aduer. i. magnifice. vl' large. da/
psiliter. vel munificenter.
Dapsiliter. li⁹. sime. aduer. i. large.
Datim. aduer. i. de dato in datū.
De. ꝑpositio. regit siue exigit abltm̄ casum
⁊ dicit qñqꝫ naturam. vt Iste pann⁹ est d̄ lana
Aliqñ originē. vt Johānes de Janua. Ali
qñ ordinem. vt de mane fit meridies. i. post
mane. Et creare est de nihilo. i. post nihiluꝫ
aliq̄d facere.
Decenter. aduer. i. honeste.
Decetero. i. denuo. deinde. iteꝝ. Et scias ꝙ
nō est h̄ compositio. sꝫ q̄dā irregularꝫ vocū
congeries.
Decies. aduer. nūeri. i. decē vicibꝫ
Decursim aduer. i. fugacit' vl' defluenter.
Deculatim. aduer. i. adornate ⁊ venustatim
Dedecorose. si⁹. sime. aduer. i. inhoneste.
Deformiter. aduer. i. turpiter
Defūctorie. i. trāsitorie. leuiter.
Deinceps. i. ab hodie in antea. aduer. tēpis
vel ordinis. ⁊ desinit in ps. Et vt dic̄ Hug.
ꝯpōit' a de. ⁊ incepto. ⁊ dic̄ ꝙ penl'. acuit'. sic̄
delonge. abint⁹.
Deinde. i. decetero. iteꝝ. denuo
Deintegro. i. iteꝝ vel rursus ꝑm Pap̄.
Delonge. i. remote.
Demum. i. postmodū. nouissime. maxīe. ꝟo
iterum.
Deniqꝫ. i. postmoduꝫ. postremo. nouissime.
Et ꝯpōit' ex denuo ⁊ qꝫ. Et scias ꝙ qꝫ ꝯiun
ctio encletica nō inclinat h̄ accentuꝫ syllabe
p̄cedētꝫ ad se. qꝛ p̄cedēs vocalis corrupta ē.
